In charta vulgari olynthiacae orationes tres manu recenti scriptae sunt, inde a p. 13 incipit charta bombycina, ad quam illud Montefalconis de aetate iudicium referendum est. Ac mihi quidem haec pars XIII° potius saeculo tribuenda videtur, certe literarum ductus, ni fallor, proxime ad cod. Fonteblandensem nr. 2996 ol. 3273 bibliothecae Imper. Paris. accedunt, quem saeculo XIII° tribuere solent (cf. Franke, Aeschin. or. in Timarch. prolegg. p. XII nr. 11), quamquam nostri codicis folia melius conservata sunt. Inde a pag. 13 usque ad pag. 94 leguntur hae orationes: Chersones. Halonnes. Philipp II, III, IV, orat. ad Philippi epistol., Androtion., Timocrat., literis non elegantibus quidem sed compositissimis atque clarissimis scriptae. Maxime dolendum est, quod et finis Phil. III et initium Phil. IV eadem manu scripta conservata non sunt. Supplevit haec inde a Phil. III §. 70 „ἴσως“ usque ad Phil. IV §. 2 „ταύτης ἐκεῖνον“ manus recentissima in folio annexo et in margine. Hac in parte, praeterquam quod textus mirum in modum, ut supra commemoravimus, cum prima Σ Parisiensis manu consentit, id quoque alicuius momenti est, quod lectiones vulgatae manu eiusdem, ut videtur, aetatis in margine aut supra lineam literis minoribus additae sunt ita, ut uno conspectu et textum illum breviorem atque correctiorem et vulgatum intueri liceat, cum secunda manus primam non deleverit. Prima manus, si quid peccavit, statim loco eraso videtur correxisse, rarius falsa expunxisse, secunda, ut aliquid delendum esse indicaret, solis punctis usa est. Pag. 95 sequuntur folium vacuum, tum in charta bombycina orationes: Leptin., de corona, de male gesta legat., alia quidem manu, eadem tamen, ut videtur, aetate, qua priores, scriptae. His scholia addita sunt ab eis, quae exhibent T C codd. (Hunziker), non diversa. Quae ad alias orationes passim adscripta sunt scholia, recentioribus debentur manibus. Sequuntur pag. 229 or. Aristocratea alia manu eiusdem aetatis, pag. 261 epistola Philippi in charta vulgari manu recentiore scriptae. Posterior pars codicis bombycini literis non minus claris, quam prior scripta est. —

Si licet ex ordine, quo orationes collocatae sunt, cui familiae codex ipse adtribuendus sit, conicere — quod et contenderunt viri docti et Rehdantz. (Jahn, Jahrbücher 75, 815 sqq. 77, 462 sqq.) nuper familiis codicum Demosthenicorum secundum hanc rationem constitutis probavit — Laurentianum nostrum iam ob hanc caussam ad Σ Paris. prope accedere negari nequit, qua in re partibus recentioribus omissis orationes tantum eadem manu scriptas spectari oportere consentaneum est. Nam orationem de rebus Chers. habitam, ut in Σ, sequitur oratio de Halonneso, tum tres Philippicae orationes posteriores et or. ad Philippi epistolam se excipiunt, hoc denique non leve cognationis videtur testimonium, quod et in Σ et in Laur. has orationes sequuntur e δικανικοῖς λόγοις Androtionea et Timocratea.

Quodcum haec ipsa Laurentiani et Σ affinitas magni sit momenti, ut, quae inter eos intercedat ratio, melius intellegatur, iam quibus discrepent quibusque consentiant in III Phil., videtur demonstrandum esse.

A. Quibus discrepent pr. Σ et pr. Laur.

a) *menda pr. Σ in Laurentiano non insunt:*

§ 10. βαδίζοι? pr. Σ. βαδίζῃ· pr. Laur.
§ 12. Φέρας· pr. Σ. Φεράς· Laur.
§ 19. σωφρονίσειν?· pr. Σ. σωφρονήσειν· Laur.
§ 38. πριᾶσθαι· pr. Σ. πρίασθαι· Laur.
§ 39. ἐκπέπρακται· pr. Σ. ἐκπέπραται· Laur.
§ 44. φοινικοῖς· pr. Σ. φονικοῖς· Laur. δικᾶσθαι· pr. Σ. δικάσασθαι· Laur.
§ 51. κινήσηται· Σ. κινήσετε· Laur., quam lectionem dat etiam Appfr.
§ 55. τούτοις τοῖς ὑπὲρ ὑμῶν· Σ. τούτοις ἢ τοῖς ὑπὲρ ὑμῶν· Laur.
§ 56. δουλεύσωσιν· Σ. δουλεύσουσιν· Laur.
§ 61. εισπραττον· Σ. ἔπραττον· Laur.
§ 64. ἐγκατελείφθησαν? Σ. ἐγκατελήφθησαν· Laur.
§ 65. Ἀπολλώ· Σ. Ἀπόλλω· Laur.

b) *menda pr. Laur. a Σ absunt:*

§ 16. μέλλει· Laur. μέλει· Σ.
§ 24. τούτῳ μέν· Laur. τοῦτο μέν· Σ.
§ 30. ἄξιος om. pr. Laur. Habet Σ.
§ 41. οὕτω δ' οὕτω· pr. Laur. ὅτι δ' οὕτω· Σ. προσδεῖσθαι· Σ. προσδεῖσθε· Laur., ut saepissime syllabae θαι et θε confunduntur in codd.
§ 46. in titulo ἀναγιγνώσκειν· Laur. ἀναγιγνώσκει· Σ. in rubro.
§ 54. ἀφῖχθαι· Laur. simili errore, ut § 41. ἀφῖχθε· Σ.
§ 61. οἷα ἔπαθον· Laur. οἷα ἔπαθεν· Σ.
§ 64. πρὸς χάριν (οὐδὲ om.)· Laur. οὐδὲ πρ. χάριν· Σ.

c) *lectionum discrepantia.*

§ 1. οἶδ' ὅτι φησάντων γ' ἄν· Σ. οἶδα φησάντων γ' ἄν· Laur. Recte Σ. Quamquam enim ὅτι secundum grammaticam rationem omitti potest, tamen Attico sermoni solum convenit: οἶδ' ὅτι cum seq. particip., ut Plat. Apolog. c. 27 B: „ὧν εὖ οἶδ' ὅτι κακῶν ὄντων“.
§ 2. παρ' αὐτῆς· Σ. παρ' αὑτῆς· Laur., quod recepit Westermann.
§ 8. ἡμᾶς δεῖν· Σ. ὑμᾶς δεῖν· Laur. Malim ἡμᾶς.
§ 23. ἑβδομήκοντα ἔτη καὶ τρία· Σ. ἑβδομήκοντα καὶ τρία ἔτη· Laur. Fortasse numeri in codice, e quo Laur. exscriptus est, literis, ut ita dicam, numeralibus notati erant, ut scriba verborum collocationem minus curaret.
ibid. οὐδεπώποτε· Σ. οὐδέποτε· Laur. cf. Herodian. frgm.: „τὸ οὐδέποτε ἐπὶ μέλλοντος· οὐδέποτε ποιήσω. τὸ οὐδεπώποτε δὲ μετὰ παρεληλυθότος· οὐδεπώποτε εἶδον ἢ ἐποίησα. At vid. Priscian.

Gramm. XVIII pag. 1196: „οὐδέποτε tam in praeterito, quam in futuro, quomodo et nos *nunquam*“. cf. Fr. A. Wolf. ad Lept. p. 313, Lobeck, Phrynich. p. 457 sq. annot.

ibid. βούλοισθε· Σ. βούλησθε· Laur., ut corr. Rehd. βούλεσθε· vulg. η et οι simillime enuntiantur in Itacismo.

§ 25. καίτοι πάνθ' ὅσα· Σ. πάνθ' om. pr. Laur. Recte addidit sec. manus.

ibid. τούτων ἐκεῖνα· Σ. ἐκ τούτων ἐκεῖνα· Laur. ἐκ in Laur. iam scriba videtur erasurus fuisse.

§ 26. ᾠκήθησαν· Σ. ᾠκίσθησαν· Laur., ut Strab. II p. 121 B cet. Sensus est: Ut, si accesseris, ne *habitatae* (non conditae) quidem unquam num fuerint, facile dicas.

§ 33. τὸν Ἐρετριέων· Σ. τῶν Ἐρετριέων· Laur. ut vulg. Utique cum Σ τὸν scribendum.

§ 38. οὐδὲ τὴν πρὸς ἀλλήλους ὁμόνοιαν· Σ. Haec verba om. pr. Laur. Huic sententiae opponitur: οὐδὲ τὴν — ἀπιστίαν, quare scriba pr. Laur. quattuor membris οὐδὲ incipientibus in errorem inductus haec omisisse putandus est.

§ 42. τοῦ Ἀθηναίων· Σ. τῶν Ἀθηναίων· Laur. cf. supra § 33.

§ 42 et 43. Ἀρίθμιος et Ἀρίθμιον· Σ. Ἄρθμιος et Ἄρθμιον· pr. Laur. Recte Voem.: „derivandum non ab ἀριθμός, sed ab ἀρθμός, ἄρθμιος adject.“ cf. Aeschin. Clesiphont. § 258 (ubi tamen F Paris. et Vat. 64, quos ipse contuli, dant: „Ἀρίθμιον“).

§ 43. ἐχθρὸν αὐτῶν· Σ. ἐχθρὸν αὐτόν· Laur. Utique genetivus desideratur, cum sequatur: καὶ τῶν συμμάχων.

§ 56. οἱ τοῦ βελτίστου· Σ. οἱ om. Laur. Recte. τοῦ βελτίστου cum ἦσαν coniungendum est, ut sibi respondeant: ἦσαν . . . τινὲς μὲν Φιλίππου . . . τινὲς δὲ τοῦ βελτίστου.

§ 57. ἐκβάλλειν· Σ. ἐκβαλεῖν· Laur. Voemel. ad lectionem Σ defendendam: „non omnes simul expulsi sunt.“ Equidem, cum antecedat: „τελευτῶντες ἐπείσθησαν“ maluerim aoristum, ut significetur: consilium repente captum subito populum exsecutum esse.

§ 66. τοὺς μὲν ὑμετέρους· Σ. μὲν om. Laur., ut Aristid. Rhet. T. IX, 359 W. μὲν sequente δὲ abesse potest, ut Phil. III § 64, tamen in rhetorica enuntiatione duorum membrorum, quorum posterius sententiam primariam contineat, μὲν non posse omitti Voem. ad Phil. II § 12 contra Doberenz. monet.

§ 67. τὰ τοιαῦτ' ἐλπίζειν· Σ. ταῦτα ἐλπίσαι· Laur. τὰ τοιαῦτ' ἐλπίζειν· „talia sperare“. Voem. In malam partem interpretandum (sc. ut Olynthii, Eretrienses, Oritae, qui „δουλεύουσι μαστιγούμενοι καὶ σφαττόμενοι“). „Bei solchen Aussichten.“ Benseler. ταῦτα ἐλπίσαι· in hanc spem venire. At sequitur Infin. Praes.: ἡγεῖσθαι.

B. Quibus consentiant pr. Laur. et pr. Σ.

Mirus profecto horum codicum est consensus, quamvis non is, ut alter ex altero exscriptus videatur. Omnia, quibus consentiant, enumerare et longum est et ad rationem, quae inter eos intercedat, cognoscendam parum valet, quare eos tantum locos referemus, ubi aut singularis quidam in lectionibus concentus cernatur aut idem uterque omittat; praecipuam enim pr. Σ virtutem in omissione positam esse iam supra commemoravimus.

a) *singularis pr. Σ et pr. Laur. in lectionibus consensus.*

§ 1. προεμένα Laur. manifeste exhibet. προεμενα dat recens quidem Σ manus erasa secunda syllaba, tamen cum idem, quod Laur. habeat vitium, in eo certe, cui ambo debentur, exemplari simile mendum infuisse probabile est. Fortasse scribendum erat προιέμενα, ut Dionys. pag. 976.

§ 15. ἐλάμβανεν· Σ et pr. Laur., ubi vulg. κατελάμβανε. Vix simpliciorem formam librariis deberi Funkhaenel. quaest. Dem. pag. 83 sq. recte monuit.

ibid. Σέρριον — Σερρείου. De scriptura huius nominis cf. Funkhaenel. observat. critic. ad Phil. III, 1841 pag. 3 et Voemel prolegg. gramm. ad Dem. cont. § 111.

§ 17. φῆις· Σ. φής· pr. Laur., quod dant Turicens. Benseler. Frank. „Pravum est quod § 17, 1 Σ habet φῆις (de qua forma v. Schneider. ad Plat. Civit. vol. 1 p. 42), ubi φησί in reliquis scriptum est“. Funkhaenel. l. c. Sed etiam probam formam φής Voemel. ad h. l., respiciens ad sequens: „ἐκεῖνον ἄγειν“, hic positam non vult: „equidem tum h. l. ἐκεῖνον desiderarem.“ At vix Philippi arrogantiae, sed Atheniensium opinioni suam sententiam orator opponere voluit, illud autem ταῦτα ποιοῦντ' ἐκεῖνον videtur etiam ad οὐ πολεμεῖν referendum esse.

§ 28. σήμερον· Σ Laur., quod Attico sermoni parum convenire notum est.

§ 40. ἀνώνητα· pr. Σ Laur. quod mendum habet etiam Ω.

§ 44. τῶν Ἀθηναίων κοινῶν· pr. Σ pr. Laur. cum Harpocr.

§ 45. εἰ μὴ τοῦθ' ὑπολαμβάνουσιν· Σ (εἰ in erasis ab eodem calligrapho scriptum) pr. Laur. (εἰ sec. manu expunctum). Funkhaenel. observat. crit. ad Phil. III, p. 9 hanc lectionem probat: „Patet autem haec ita interpretanda esse: οὐ γὰρ ἂν ἔμελεν αὐτοῖς, εἰ μὴ ἔμελεν αὐτοῖς τοῦθ' ὑπολαμβάνουσιν (i. e. ὅτι τοῦθ' ὑπελάμβανον).“ Rectius tamen Voemel. videtur iudicasse, syllabam in antiquis exemplaribus ex antecedente διαφθείρει repetitam in nostros codices irrepsisse. Iam enim membrum, quod praecedit, a part. εἰ incipit (εἴ τις) ita, ut iterata langueat.

§ 51. προσέσθαι· Σ pr. Laur. Sola haec lectio recta.

§ 52. ἡ vel ἣ· pr. Laur. (vid. supra). Idem pr. Σ videtur habuisse. Locus est et in Σ et in Laur. corruptus. Nam sequuntur εἰς τὴν πόλιν (Σ Dindorf.), quam veram esse pr. Σ lectionem e Laur. colligitur. Vitium ex Itacismo videtur ortum esse. Recte Funkhaen. observ. critic. ad Phil. III p. 3 emendandum censet: ἧς . . . ἔστι τὴν πολλήν. cf. Herodot. 2, 10: „ταύτης ὦν τῆς χώρας ἡ πολλή.“

§ 54. οὐ δυνήσεσθε ὑμεῖς ποιῆσαι· Σ pr. Laur. Frequentissimum futuri usum esse, ubi rem quis cogitaverit, expertus, conatus fuerit, animadvertit Funkhaenel. observ. ad Phil. III p. 10.

§ 61. μεμνημένοι· Σ Laur. cum F, ubi reliqui dant μεμνημένος. Sequitur: οὕτω δ' ἀθλίως διέκειντο.

§ 64. οὐδὲ πρὸς χάριν οὐδέ· Σ. — pr. Laur. primum quidem οὐδὲ omisit, οὐδὲ vero secundo loco praebet, ubi vulg. οὔτε.

§ 65. ὡς τά· Σ pr. Laur. pro ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι errore fortasse e compendio $\overset{\theta}{\text{ὦ}}$ in antiquis exemplaribus orto.

b) *de locis vulgatae recensionis pr. Σ et pr. Laur. omissis.*

§ 1. Ἕλληνας· om. post τοὺς ἄλλους. Funkhaenelio (observat. ad Phil. III pag. 9) tota res e codicum auctoritate pendere videtur. Demosthenem utraque formula usum esse, Voemel. ad h. l. monet contra Spengelium (Schriften d. Münchner Acad. III, über d. dritte Philippica, p. 169), qui

eam nonnisi gravitatis caussa adhibitam a Demosthene putat. τοὺς ἄλλους habet Dionys. H. p. 948 et 976, Ἕλληνας sine ἄλλους p. 977, utrumque vero p. 978. Ἕλληνας post ἄλλους e compendiis similibus ortum esse, quod vult Voemel., vix credam, sed est glossema manifestum, quod vidit Frank. (Jenaer Literaturzeit. 1844 p. 1159).

ibid. εὖ om. ante οἶδα. A breviore editione videtur abfuisse, servatur a Dionys. H. ll. cc. et Aristide IX. 351 W.

ibid. ἅπασι προσήκειν om. post πράττειν. Hic de necessitate solum agitur, non de decore, ut Phil. I. § 19, quod recte vidit Voem. ad h. l. Adde, quod πάντων οἶδ' ὅτι φησάντων γ' ἂν — ἅπασι προσήκειν Demosthenem dixisse vix credas.

ibid. ἦ om. post ἀληθὲς δὲ cum pr. F. Abesse posse coniunctivum neque omisso verbo ἦ sententiae clausulam numerosque offendi, Funkhaenel. observ. ad Phil. III p. 4 probavit, idem tamen se ideo animi pendere, quod quae sequatur particula εἰ facile voc. ἦ expellere potuerit, profitetur. Benseler ἦ recepit.

ibid. αὐτὰ om. post νῦν. Notissimum interpolationis genus.

§ 2. τοῦ τοῦθ' οὕτως ἔχειν om. (cum pr. Ω?). Voemel „αἴτιον δὲ τούτων" in prooemio simillimo Phil. II, 3 conferri iubet.

ibid. οὐκοῦν οὐδ' ὑμᾶς οἴονται δεῖν ἔχειν om. post ἔχουσι. Sententia futilis. Orator, qui sint illi χαρίζεσθαι προαιρούμενοι expositurus ac primum qua ratione τινὲς se gerant, demonstrans, hos, cum eas res, in quibus *ipsorum* auctoritas et potentia sita sit, tueantur, nullam futuri rationem habere dicit. Quodsi diceret orator, eos *propterea* ne Atheniensibus quidem futuri rationem habendam esse opinari, nimium eis tribueret, quos, quia nullo modo Athenienses, sed sua tantum curabant, de futuro plane non cogitare dicere vellet. Interpretari enim: ipsi nullam futuri rationem habent, *nedum* (οὔκουν) vobis habendam esse censeant, (quae ratio esset loci suspecti Phil. IV § 43: „οὔκουν Ἀθηναίων γε [ἀλλ' οὐδὲ τῶν ἄλλων]", quem Rehdantz. Jahn, Jahrb. 77 p. 571 conferri iubet) ideo vetamur, quod οὐδὲ non priori sententiae, cui soli conveniret, adiectum est.

ibid. μὲν et αὐτὴ om. in ἡ... πόλις ... De μὲν om. cf. supra A. c. § 66. Benseler. edit. p. 61 αὐτὴ propter sequens αὐτῆς facile excidisse putat, Demosthenem vero hoc loquendi genere usum esse multis exemplis probavit. Res e codicum auctoritate pendet.

§ 3. τῶν ταραχῶν καὶ τῶν ἁμαρτημάτων om. Pro his verbis dant pr. Σ et pr. Laur.: τῶν κακῶν ut γρ. F. αἱ τοιαῦται πολιτεῖαι ipsae quidem sunt ἁμαρτήματα, non tamen αἴτιαι τῶν ἁμαρτημάτων.

ibid. ὑμᾶς om. post ἀξιῶ δ'. Sequitur: μηδεμίαν μοι διὰ τοῦτο παρ' ὑμῶν ὀργὴν γενέσθαι.

§ 4. τοῖς πράγμασι vel τῇ πόλει om. post συμφέρει. Utrumque enim codd. exhibent. Et antecedunt τοῖς πράγμασι et sequuntur proxime τὰ πράγματα. Cf. quod de scripturae diversitate monuit Schaefer. ad h. l.

§ 5. ὑμῶν om. post πραττόντων, ut Phil. I, 2, quod proxime praecedit.

ibid. μὲν om. in τῆς ῥαθυμίας. cf. supra A. c. § 66.

§§ 6 et 7 pr. Σ et pr. Laur. pariter omittunt. Quae cum antiqua manu (saec. XII[1]) in margine Σ additae sint, errore a librario omissae putabantur, cum vero Laurentiano, quem e Σ non videri exscriptum diximus, in textu prima manu scriptae non contineantur, duarum, quae per rerum naturam admittuntur, sententiarum una statuenda est, eas aut iam in eo codice, e quo ambo hi libri originem ducunt, omissas fuisse aut ab illa, quam diximus, breviore editione abfuisse.

Haud improbabilis videatur sententia, quam nuper Rehdantz., vir doctissimus (Jahn, Jahrb. 77 p. 570), protulit, qua, quod et § 6 et § 8 eisdem verbis „εἰ μὲν οὖν" incipiant, librarius, cum has exscripserit, oculis statim ad posteriora illa aberrans priora omiserit, cuius generis vitia saepissime in libris manu scriptis occurrunt. Hoc enim fieri potuisse vix neges, at nescio an multo minus verisimilis fiat haec sententia, si reputaveris, tale vitium plerumque reperiri, ubi sententiae eisdem verbis incipientes brevissimo tantum spatio dirimantur, neque vero tanto, quantum hic esse debebat, praesertim si codicem tibi fingas Σ similem foliis bipartitis, in quo duae lineae vix unam, quales nunc esse solent, efficiant. — Prorsus tamen a vero aberrare videtur vir hic doctissimus, cum hanc saec. XII[1] manum, quod locum a librario Σ omissum in lacuna recte suppleverit (p. 1256, 16), etiam aliis locis in mendis corrigendis acquievisse putat, quippe quae locos (§ 38: καὶ τοῖς μηδὲν — πραττόντων, § 40 πρόσοδος, § 42 ἔστω, § 60 παρ' ἐκείνου cet.) Demostheni vix imputandos videatur adiecisse. Ex eo autem, quod Aristides rhetor hunc locum transscripserit (1, 544 Dind. ἔνι δήπου... καὶ φυλάξασθαι καὶ διορθώσασθαι et I p. 687: διισχυρίζομαι), argumentum nullum satis firmum peti posse facile quisque concedat. Qui cum plerumque textum a cod. Augustano non admodum diversum sequatur, hoc loco ab eo non videtur recessisse. Ea enim, quae in margine Σ legantur, ex eodem, quo Augustanae familiae codices, fonte fluxisse facile credas, cum illud διισχυρίζομαι praeter mg. Σ et Aristid. solus Palatinus noster exhibeat, quem familiae Augustanae esse infra demonstrabimus.

Quod vero similitudinem quandam harum paragr. et §§ 56 et 51 or. Chers. deprehenderis, id potius argumento esse censemus, omnia haec a grammatico quodam esse conficta, qui ut artis suae specimen ederet, periodorum structura vere Demosthenica usus (cf. init. or. c. Aphob. I) praeclarissimi oratoris verba suis commiscuerit; quo modo prooemia illa, quae Demosth. orationibus iam antiquitus addita sunt, videntur orta esse, inter quae Funkhaenel. (epist. gratul. ad Godofr. Hermann. p. 9) etiam haec referre mavult.

Orationis enim contextum his prorsus perturbari existimamus. Neque vero in sententiam Spengelii (l. c. p. 171 sq.) pedibus eundum censemus, qui quod negare homines dicantur Philippum superbe pacem solvere, adversari prooemio putat, quo in Philippi superbia accusanda omnes consentire perhibeantur. Nam Spengelium particulam ἂν prooemii neglexisse, ut illi πάντων φησάντων γ' ἂν (omnes dixissent, i. e. si interrogati essent) non repugnet § 6: εἰ ὡμολογοῦμεν (si confiteremur — neque vero hoc facimus), recte animadvertit Voemel. ad h. l. At ubi totum sententiarum contextum reputaveris, vix facere poteris, quin haec expellenda censeas.

Duae enim potissimum res hisce paragraphis tractari videntur: primum, cum eae sint nonnullorum ineptiae, ut ferant in contionibus subinde dictitari, cives quosdam bellum excitare, caute agendum eamque opinionem refutandam esse auctor explicat, deinde, quid sequentibus §§ dicturus sit, indicat verbis: „ἐγὼ δὲ τοῦτο πρῶτον ἁπάντων λέγω καὶ διορίζομαι, εἰ ἐφ' ἡμῖν ἐστὶ τὸ βουλεύεσθαι περὶ τοῦ πότερον εἰρήνην ἄγειν ἢ πολεμεῖν δεῖ", ut haec et propositionis loco parti orationis adiuncta videantur et partitionis.

Ac primum quidem Frankius ad h. l. verbo „ἔνιοι" offenditur: „nam perquam mirum esse, *nonnullos* eo esse dici animo, ut istas criminationes admittant, non *plurimos* aut *multos*, cum Demostheni non illud, quod pauci, sed quod maior pars populi decretura esset, timendum esset." Quibus Voemel. opposuit: „At per paucos istos multitudo ducebatur." Nos quidem, si quidam (τινὲς) in contionibus dictitant esse cives, qui bellum excitent, oratori, quo animo essent *nonnulli* (ἔνιοι), dicturo utique nonnullos hoc *non* ferre dicendum fuisse existimamus. Nam ex eo, quod *nonnulli* dicuntur eo esse animo, ut hoc *ferant*, per rerum naturam videtur colligi, ceteros hoc *non* ferre. Ne enim hos ἐνίους putes esse duces, quos multitudo sequatur, obstat, quod et hoc non

diserte dictum est et re vera ii, qui multitudinem regant, non sunt hi ἔνιοι, sed illi τινές, qui in contionibus excitati belli crimen quibusdam imputent. At si ceteri hoc non tulissent, quid hos censes facturos fuisse, nisi ut illos a dicendo prohiberent? quod ipsum his verbis quicunque hoc scripsit exprimere noluit. Qua de caussa facere non possumus, quin hanc sententiam, quae ei, quam requirimus, adversari videatur, absurde dictam censeamus.

Praeterea autem sententias „ἔστι γὰρ δέος“ cet. et „ἐπειδὴ δὲ“ cet. nimis languore existimamus, quam ut Demostheni imputari possint. Duae enim ad sententiam primariam: „ἀνάγκη φυλάττεσθαι καὶ διορθοῦσθαι περὶ τούτου“ pertinent enuntiationes, quarum una particula γάρ, altera vocc. ἐπειδὴ δὲ coniuncta est, ut primo dicatur: cum nonnulli eo sint animo, ut ferant quosdam in contionibus dictitantes *esse civium, qui bellum excitent*, caute agendum cet., tum vero: caute agendum cet. cum *verendum sit*, ne *quis*, ubi *rogaverit et suaserit*, quomodo propulsandae sint iniuriae, *in crimen excitati belli veniat.* Hoc scilicet nemo negaverit, sed adeo liquet haec res, ut disertis verbis non egeat. Nam cum cives, qui bellum excitare dicuntur, non diversi esse possint ab eis, qui Philippo resistendum suadeant, efficitur, ut tantum non idem utraque sententia dictum videatur. Quare haec, si non stolide, at frigidius dicta existimamus, velut si talis fere sententia prolata esset: quoniam quidam in crimen excitati belli veniunt (nam qui bellum excitare dictitantur, in crimen huius rei veniunt), caute agendum cet.. nam verendum est, ne quidam in crimen excitati belli veniant. Utut est, certe hoc modo Demosthenes locutus non esset. Adde, quod proxime ad has sententias accedunt, quae initio orationis (§ 2) dicta sunt verba oratore omnium praestantissimo dignissima: „ἕτεροι δὲ τοὺς ἐπὶ τοῖς πράγμασιν ὄντας αἰτιώμενοι καὶ διαβάλλοντες οὐδὲν ἄλλο ποιοῦσιν ἢ ὅπως ἡ πόλις παρ' αὑτῆς δίκην λήψεται καὶ περὶ τοῦτ' ἔσται“ κ.τ.λ.

Venimus iam ad illam, quam diximus, propositionem, et quaeramus, num ea cui praemissa sit, parti orationis conveniat. Atque illud primum videamus, num orator eam, quam propositio requirat, instituat quaestionem: „sitne penes Athenienses deliberare, an pax agenda sit“. Rehdantz. (Jahn, Jahrb. 77 p. 569): „Vielmehr stehen dieselben (i. e. §§ 6 et 7) in einem ganz nothwendigen Zusammenhang mit dem übrigen, denn sie enthalten, analog dem status caussae in der gerichtlichen Rede, die Begründung der propositio und die propositio selber eines Haupttheils der Rede: διορίζομαι εἰ ἐφ' ἡμῖν ἐστὶ τὸ βουλεύεσθαι περὶ τοῦ πότερον εἰρήνην ἄγειν ἢ πολεμεῖν δεῖ. Davon will der Redner zuerst die Frage behandeln, ob Athen Frieden halten könne?“ Sint sane eiusmodi ea, quae sequuntur, at certe *hoc modo* rem tractare noluit orator, qui quidem proxime hanc quaestionem instituendam esse prorsus negare videatur: (§ 8) τί λοιπὸν ἄλλο πλὴν ἀμύνεσθαι; (§ 9) εἰ δέ τις ταύτην εἰρήνην ὑπολαμβάνει... μαίνεται. Immo postquam fieri posse, ut pacem agere liceat — id, quod rerum natura non admittatur — animo tantum finxit, orator statim hoc per Philippum non licere profitetur, neque vero propositionem *uberius exsequitur*, sed Philippum quidem ipsum bellum gerere probat, non tamen diserte iam ad illam quaestionem respicit: *sitne penes Athenienses* deliberare, an pax agenda sit, quod quidem eum, *si illam propositionem praemissam voluisset,* vix credas neglecturum fuisse.

Verumtamen haec iam missa faciamus, quoniam oratorem non tam anxie propositionis suae vestigia secutum esse existimari licet, ubi vero illud „πολεμεῖν δεῖ“ tractatum sit, quaeramus. Talia sequi, ut vult Rehdantz. (l. c.: „das πολεμεῖν δεῖν wird bis § 36 behandelt. So ist die propositio zu Ende geführt“), negari non potest. Quasi vero haec in exigua orationis parte tractentur, ac non tota oratione, qua unum id agitur, ut Athenienses ad bellum excitentur, quod recte vidit Libanius,

qui argumentum orationis sic definit: „Φιλίππου ... λόγῳ μὲν εἰρήνην ἄγοντος, ἔργῳ δὲ πολλὰ ἀδικοῦντος, συμβουλεύει τοῖς Ἀθηναίοις ὁ ῥήτωρ ἀναστῆναι καὶ ἀμύνασθαι τὸν βασιλέα, ὡς κινδύνου μεγάλου καὶ αὐτοῖς ἐπικρεμαμένου καὶ πᾶσι κοινῇ τοῖς Ἕλλησιν.“ Et de omnibus quidem Graecis ut in magno periculo constitutis deliberandum suadet orator atque aliam quandam inducit propositionem (§ 20): „βούλομαι δ' εἰπεῖν πρὸς ὑμᾶς, ἐξ ὧν ὑπὲρ τῶν πραγμάτων οὕτω φοβοῦμαι“, ad quam tractandam statim illis omissis aggreditur. Quid? orator igitur hinc a proposito discessisse putandus sit, cum caussas, cur adeo de omnibus Graecis metuat, exponat? an existimemus eum parti orationis alteram partem subiunxisse? Minime. Sed propositionem illam non curabat orator, qui hic Athenienses, ut veteribus discordiis relictis cum ceteris Graecis coniuncti Philippo resisterent, adhortari voluit (cf. § 28 sqq.). Ac non minimum eo movemur, ut inepte additam propositionem illam censeamus, quod *quae toti* solum *orationi conveniant, ea parti praeposita sint.* (cf. etiam § 70 sqq.).

Restat, ut qua ratione § 5 et § 8 se excipiant, paucis demonstremus. Quae Demosthenes ad rem tractandam aggrediens dicit: „ἵν' ἐντεῦθεν ἄρξωμαι“, si illa propositio retineretur, ad prius eius quaestionis membrum: „εἰ ἐφ' ἡμῖν ἐστὶ τὸ βουλεύεσθαι περὶ τοῦ πότερον εἰρήνην ἄγειν .... δεῖ“ referenda essent. Atqui eo magis alterum illud membrum requireretur, quo priori quaestioni satis manifeste opponeretur altera: „πολεμεῖν δεῖ“, quod non esse demonstravimus. Nonne vero potius adducimur, ut his verbis oratorem putemus indicare voluisse, se prooemio absoluto iam ad rem tractandam accingi? An Demosthenem, si prius quaestionis membrum tractare voluisset, ipsa propositionis modo constitutae verba prope immutata relaturum fuisse existimemus (εἰ μὲν οὖν ἔξεστιν εἰρήνην ἄγειν καὶ ἐφ' ἡμῖν ἐστὶ τοῦτο)? quod licet grammatico artis regulas tractanti concedamus, oratorum omnium eloquentissimo haud dignum censemus. Immo hoc argumento esse arbitramur, propositionem illam ex his ipsis esse confictam. Nonne enim omnia optime procedunt, si oratorem statuimus sic fere locutum esse: res pessime se habere, quoniam Athenienses officio functi non essent; qui si e socordia excitarentur, omnia posse corrigi. „Nunc, inquit, socordiam vestram et neglegentiam superavit Philippus, civitatem non superavit, neque victi estis vos, immo ne moti quidem“ i. e. adhuc enim *pacem agitis.* „Quodsi urbi licet *pacem* agere idque est penes nos, ut hinc ordiar“ cet. Etenim verbis „οὐδὲ κεκίνησθε“ pacis quandam inesse significationem, recte vidit Frankius (edit. ad h. l.), quod etiam Benselerum movit, ut sententiam suam (de hiatu Dem. p. 26): „verbis §. §. 6 et 7 vix possumus carere, nisi statuimus Demosthenem abrupte et fere absurdum locutum esse,“ si non deponeret, at restringeret. (vid. edit. annot. ad h. l.) —

§ 9 ἄγειν om. post εἰρήνην. Praecedit: ταύτην εἰρήνην ὑπολαμβάνει, cui respondet: τὴν εἰρήνην λέγει.

§ 11. καὶ φίλους om. post συμμάχους· Fortasse e § 12: „ὡς φίλος καὶ σύμμαχος“ petitum.

§ 12. ἐν αὐτοῖς om. post στασιάζουσιν. νοσεῖν cum ἐν αὐτοῖς coniungitur § 50; στασιάζειν αὑτῷ· Plat. Rep. 8, 556 e, στασι. ἀλλήλοις· Isocr. 4, 104.

§ 13. ἠδυνήθησαν ποιῆσαι om. Dant: ἐποίησαν, quam lectionem Voemel. contra Benseler. (Hiat. p. 74 sq.) de hiatu οἳ ἐποίησαν dubitantem tuetur. Lectionem vulgatam qui scripsit, concinnitati videtur consulere voluisse (seq. μὴ παθεῖν δ' ἐφυλάξαντ' ἂν ἴσως).

ibid. αὐτὸν om. post τούτους μέν. Praecedit: εἶτ' οἴεσθ' αὐτόν.

§ 14. καὶ κρίνειν βουλομένων om. cum Pal. nostro. Haec verba glossatori debentur, qui fortasse Ol. II, 25: αἰτιωμένων, ἀλλήλους κρινόντων in memoriam revocata voluit. Quid enim hic significet βουλομένων, vix intellegas, nisi, ut verb. αἰτιωμένων quodammodo explicet, glossatorum modo additum putes.

§ 18. ὑμῶν om. ante ἀλλοτριωθῆναι et ὑμῖν post πολεμεῖν. Notissimum interpolationum genus.

ibid. καὶ κατασκευάζοντα om. post ἱστάντα. Non est hysteron proteron, nec dicendum κατασκευάζοντα καὶ ἱστάντα, quod vult Voemel. Nam μηχάνημα ἱστάναι καὶ κατασκευάζειν videtur significare: machinam erigere et (omnibus rebus) instruere. Sed meliorum codicum auctoritati cedendum.

§ 19. μὲν om. in ἐὰν . . . ἀμύνησθε· vid. supra A, c, § 66.

ibid. καὶ αὐτὸ ἀναβάλλησθε om. post ἐάσητε. Hanc lectionem dat sola sec. Laur. Vulgo pro ἐάσητε legitur ἀναβάλλησθε. Esse hoc glossema ad voc. ἐάσητε, cuius voc. vis adiecto ἀναβάλλησθε minuitur, e lectione sec. Laur. facile colligitur.

§ 20. καὶ om. post ἐπαμῦναι μέν. „ἐπαμῦναι τούτοις“ opponitur: „βουλεύεσθαι περὶ πάντων τῶν Ἑλλήνων,“ non: ἐπαμῦναι καὶ ἄλλοις.

ibid. καὶ τοῖς οὖσιν ἐκεῖ νῦν στρατηγοῖς πάνθ' ὅσων ἂν δέωνται ἀποστεῖλαι om. post πάθωσι. Sunt scioli cuiusdam, qui verba § 73 paullum immutata huc transtulit. Benseler. ea, quamquam de Hiat. Dem. p. 27 defendit, in editionem non recepit. Rectissime de hoc loco iudicavit Voemel..

ibid. ἂν om. post τῶν ἄλλων. Fortasse propter vitiosum illud βούλησθε vel quod sequitur ἐὰν . . . δοκῶ a grammatico quodam additum. βούλησθε propter sequens ποιήσησθε scriptum videtur, quod iam propter κακοφωνίαν esset reiciendum. „εἰ μὴ ἄρα: nisi forte“ Franke.

§ 21. Artic. om. ante Φίλιππος cum Pal. nostro.

§ 22. ἕκαστον om. post ἕνα. Non unumquemque Graecorum concidere Philippum, sed singulatim (καθ' ἕνα) Graecos spoliare dicere voluit orator.

ibid. τὰ om. ante τῶν Ἑλλήνων. Quod qui scripsit, genetivum a καθ' ἕνα pendere non intellexit.

§ 23. τὸ om. ante ποιεῖν. Exempla articuli ante infinitivum omissi congessit Voem. ad Ol. III, 12.

§ 24. πολεμεῖν om. post δεῖν. Exhibent hoc post τῶν ἠδικημένων. Fortasse quod in fine huius paragr. subiectum: οἱ μηδὲν ἐγκαλοῦντες αὐτοῖς verbum: εἰς πόλεμον κατέστησαν subsequitur, hic quoque verbum: πολεμεῖν ante subi.: οἱ μηδὲν ἐγκαλεῖν ἔχοντες αὐτοῖς collocandum censebant.

ibid. ταύτην om. post τὴν αὐτήν. Non iam Athenienses imperium tenebant. vid. Schaefer. ad h. l.

§ 25. καὶ τοῦτο ἐκ βραχέος λόγου ῥᾴδιον δεῖξαι om. post ἐκεῖνα. Argumenta, quibus haec sententia eicienda videatur, inspicias apud Voemel. ad h. l. Adde, quod orator sequentibus non probat: „iniurias Philippi ne quintam quidem partem earum conficere, quas Lacedaemonii in Athenienses commiserint.“ Non est enim praeteritionis locus, ut volunt rhetores (cf. Voem.), quod si esset, orator certe frigidius dixisset. Eum enim illa brevi demonstraturum esse ne exspectaverit quidem quisquam, quod necessarium erat, si praeteritionis locus fuisset.

§ 26. μηδένα om. ante μηδ' εἰ. „Lenis videtur anacoluthia.“ Bremi. Funkhaenel. observ. ad Phil. III. p. 6. sq. recte quidem dici potuisse: ὥστε μηδένα . . . εἶναι ῥᾴδιον προσελθόντ' εἰπεῖν (μηδένα enim per attractionem quandam ex μὴ et τινὰ ortum videri) demonstrat, magis tamen cod. Σ lectionem probat, quam rhetor apud Walzium III p. 1214 (Greg. Cor.) atque quodammodo Dionysius Halicarnass. (p. 1119) et Strabo (II, 121) a Reiskio allati confirmant.

ibid. παρ' αὐτοῖς om. post κατέστησεν. Abundat pronomen, cum praecedat αὐτῶν.

§ 29. δήπου om. post ἀγνοεῖ. Minus aptum, quamquam in part. δήπου hic non inest ironiae significatio, ut putat Voemel.. δήπου enim eam vim sententiae adiungere videtur, ut is, qui dicat, quod sibi ab omnibus concessum iri confidenter expectet, id cum quadam moderatione loqui videatur. Vertas: opinor, non: scilicet.

§ 30. τις om. ante υἱός. „Paullo ante praecedit“. Voem.

§ 31. πολλῆς om. ante ὀργῆς. De male gesta legat. § 7 quidem recte dixit: „δεινὸν καὶ πολλῆς ὀργῆς ἄξιον“, hic tamen praecedit: ὅσῳ μᾶλλον.

ibid. πρίασθαι om. in fine. ὅθεν . . . ἦν forma dicendi admodum usitata, iam apud Homerum (Iliad. II, 852: ἐξ Ἐνετῶν, ὅθεν ἡμιόνων γένος, ibid. II, 857: ὅθεν ἀργύρου ἐστὶ γενέθλη). Utique cum pr. Σ et pr. Laur. faciendum. Orator enim, unde oriundus sit Philippus, dicturus hisce verbis utitur: Φιλίππου—οὐδὲ βαρβάρου ἐντεῦθεν, ὅθεν καλὸν εἰπεῖν, ἀλλ' ὀλέθρου Μακεδόνος, ὅθεν οὐδ' ἀνδράποδον σπουδαῖον οὐδὲν ἦν πρότερον.“ Quod quia non intellexerunt, irrepsit illud πρίασθαι. Lucian. Paras. 42: „ὅθεν οὐδὲ ἀνδράποδον [ἂν] πρίαιτό τις ποτε (non πρότερον πρίασθαι, quod durius videatur). Alia ratio est loci apud Aphthon. Progymn. c. 9 T. I. p. 94.

§ 32. Ἑλληνίδας om. post πόλεις. πόλεις solas Graecas intelligi posse monet Voemel.. Cum sequatur: „τίθησι τὰ Πύθια“, nemo non videt, Phocensium πόλεις hic intellegi. Aliter tamen Benseler. edit. p. 71 in annot.

ibid. κύριος δὲ Πυλῶν – μέτεστι om. post πέμπει. Nec temporis rationem esse habitam, nec esse Demosthenis et synonyma cumulare (Πυλῶν καὶ τῶν ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας παρόδων — φρουραῖς καὶ ξένοις) et rustice eadem vocabula repetere (τῶν Ἑλλήνων ... πέμπει ... τοὺς Ἕλληνας ... ξένους ... κατέχει; ἔχει ... τοῖς Ἕλλησιν ... πέμπει δὲ ξένους) viderunt Benseler. (p. 72 edit.) et Voemel. (ad h. l.). Etiam ἧς (sc. τῆς προμαντείας) οὐδὲ τοῖς Ἕλλησιν ἅπασι μέτεστι minus accurate videtur dictum esse. Praecedit: ἔχει δὲ καὶ τὴν προμαντείαν. de male gest. leg. p. 327: „ἡ πόλις δὲ τὴν προμαντείαν ἀφήρηται.

§ 33. τινα om. in ὅντινα. Idem valet ac si dictum esset: γράφει τὸν τρόπον, ὃν χρὴ πολιτεύεσθαι.

ibid. οἱ om. ante τὴν χάλαζαν. Subiectum non est „οἱ θεωροῦντες,“ sed e δοκοῦσι videtur petendum (τινὲς εὐχόμενοι).

ibid. μὲν om. post εὐχόμενοι, ut saepe.

§ 34. ἀφελόμενος om. post Ναύπακτον. Ut Κορινθίων ἐπ' Ἀμβρακίαν, quod praecedit, et Θηβαίων Ἐχῖνον, quod sequitur, ita etiam hic Ἀχαιῶν Ναύπακτον sine participio videtur scribendum esse. Praeterea, si antecederet ἀφελόμενος, vis sequentis ἀφήρηται minueretur.

§ 35. ἀπο om. in ἀποβλέπειν. cf. Frank. ad h. l.

ibid. φανερῶς om. ante πάντας, a grammatico, qui οὐ τῷ in οὕτω immutavit, additum. Vim enim maiorem habent haec, si omisso φανερῶς sibi opponantur: ἀλλήλοις et τῷ ἀδικοῦντι (diffidentes alii aliis, non ei, qui omnibus nobis insultat) quam si dixeris: οὕτω φανερῶς ἀδικοῦντος (hoc tam aperte omnibus nobis insultante).

§ 36. ἅπαντες om. ante οἱ Ἕλληνες. praeter Voemelii argumenta cf. sequentia verba: „ἐν ταῖς τῶν πολλῶν διανοίαις.

ibid. τῶν Ἑλλήνων om. post πάντα τά. Grammaticus, qui ἅπαντα — πάντα a Demosthene consulto dictum esse non intellexit, πάντα τὰ πράγματα in τὰ τῶν Ἑλλήνων πράγματα immutavit.

§ 37. οὐδὲν ποικίλον οὐδὲ σοφὸν om. post τοῦτο. „sapiunt flores oratorios e Platonis hortis collectos“. Voem. Noli haec oratori imputare, qui postquam cuiusmodi id fuerit, quod in populi animis insitum esset, longiore oratione exposuit, iam post interrogationem „τί οὖν ἦν τοῦτο;“ (qua illata nemo non expectet, oratorem statim hoc accuratius definiturum esse) aliud membrum *eiusdem generis* inculcasse putari non potest.

ibid. ἀεὶ om. ante βουλομένων. Ad ἐμίσουν, cui soli conveniret, non potest referri.

ibid. καὶ om. ante διαφθείρειν. Vis sententiae adiecto καὶ minueretur.

ibid. καὶ παραίτησις οὐδεμία ἦν οὐδὲ συγγνώμη om. post ἐκόλαζον. Haec additamenta esse prorsus futilia et ex praecedentibus et e sequentibus facile colligitur. Si *omnes* oderunt, veniam reos impetraturos non fuisse patet. Sibi autem respondent: § 37: ἅπαντες ἐμίσουν — § 39: ζῆλος, εἴ τις εἴληφέ τι. § 37: χαλεπώτατον ἦν τὸ δωροδοκοῦντ' ἐλεγχθῆναι — § 39: γέλως, ἂν ὁμολογῇ. § 37: καὶ τιμωρίᾳ μεγίστῃ τοῦτον ἐκόλαζον — § 39: μῖσος, ἂν τούτοις τις ἐπιτιμᾷ. cf. Funkhaenel epist. grat. ad God. Herm. p. 6.

§ 38. καὶ τοῖς μηδὲν ἐθέλουσι ποιεῖν κατὰ τῶν πάνθ' ἃ προσήκει πραττόντων om. post προσεχόντων. Scilicet nimis fortunae tribuit qui hoc scripsit; nec coniunction. καὶ - καὶ locus est, ubi μᾶλλον δὲ desiderares. cf. Phil. I § 5 sq. et Olynth. § 23 et Voemel. ad h. l.

ibid. Artic. om. ad τοιοῦτον, ubi lect. vulg. τῶν τοιούτων. De articulo huic pronomini modo praeposito modo non addito cf. Schäfer. ad or. Chers. 25 p. 96 et Frank. ad eund. l.

§ 39. συγγνώμη τοῖς ἐλεγχομένοις om. post ὁμολογῇ. Ex eodem, quo vulg. § 37, fonte videntur manasse. Praeterquam quod concinnitatem turbant, etiam post ζῆλος - γέλως et ante μῖσος infirmiora essent. Cum vero orator indicare videatur, hos homines ne reos quidem factos esse, voc. „ἐλέγχεσθαι“ locus non est.

§ 40. πρόσοδοι om. post χρημάτων. Vocabulo πρόσοδοι non est vis copiae. χρημάτων rectius ad ἀφθονία quam ad πλῆθος videtur referendum esse.

ibid. ἅπαντα om. ante ταῦτα. Nescio an maiorem vim habeant illa: ἄχρηστα, ἄπρακτα, ἀνόνητα“ omisso ἅπαντα: Sunt quidem nobis triremes — cetera et plura et maiora quam superiore aetate, sed *haec* inutilia, irrita, manca fiunt.

§ 41. τούτων om. post τἀναντία. Sibi respondent: οὕτω - τἀναντία.

ibid. δεικνύων om. post ὑμετέρων. Populiscitum non monstrat orator, sed recitat (δηλοῖ), vid. § 42; quare γράμματα ad λέγων referendum est. „non vere diceret Dem. in Pnyce stans se δεικνύναι τὰ γράμματα τὰ εἰς ἀκρόπολιν κατατεθέντα“. Voem.

ibid. οὐχ ἵν' αὐτοῖς - παραδείγματα om. post εἰς ἀκρόπολιν. Non ut exempla, quibus uterentur, posteris prodérent, nomina et crimina columnae inscripsisse priscos Athenienses, sed eo consilio, ut reum etiam apud posteros *infamem* redderent, Demosthenes ipse infra § 45 indicat: „ὥστε καὶ στηλίτας ποιεῖν“.

§ 42. Artic. om. ante Ζελείτης. „De more scriptum esse debuit: Ἄρθμιος Πυθώνακτος Ζελείτης.“ Dindorf. Recte igitur Frankius etiam ante Πυθώνακτος articulum delevit.

ibid. ἔστω om. ante ἄτιμος. Non posset iam referri ad proximum πολέμιος. Videtur supplendum esse: γράφεται. cf. infra § 43: ἔγραψαν . . . ἀτίμους.

ibid. προς om. in προσγέγραπται. Compositum antecedente εἶθ' inutile, hic, cum de caussa in aeream pilam *incisa* agatur, minus aptum videtur.

ibid. artic. om. ante Μήδων, ut Aeschin. c. Ctesiph. 258, Dinarch. 2, 24, 25, Plut. Them. 6, Aristid. II. p. 287 p. 392, qui idem servant decretum.

ibid. οὐκ Ἀθήναζε om. post ἤγαγεν. Glossema e § 43 petitum, quod columnae, cuius inscriptio integra refertur (ταῦτ' ἐστὶ τὰ γράμματα), non fuisse incisum liquet.

§ 43. Διός om. ante θεῶν. cf. pro Rhod. lib. § 26 init.

ibid. καὶ θεωρεῖτε παρ' ὑμῖν αὐτοῖς om. post θεῶν. cf. Ol. I § 12 et Mid. § 123.

ibid. εἶναι om. post ἀτίμους. Funkhaenel. observ. Phil. III p. 11 omissi infinitivi huius exempla ex orat. Aristocr. affert: § 181: τὴν Καρδιανῶν πόλιν, ἣν ἐξαίρετον . . . γέγραφε. § 192: βοηθείας γεγραμμένης τῷ Κερσοβλέπτῃ καὶ τῷ Χαριδήμῳ. Adde § 217: ἀγώγιμον εὐθὺς ἔγραψε.

§ 44. τοῦτ' ἔμελεν om. post Ζελείτῃ. Iam propter proximum ἤμελλεν delendum.

ibid. ἀλλ' οὐ τοῦτο λέγει om. post ἤμελλεν. Sequitur infra: τοῦτο δὴ λέγει.

ibid. ἀλλ' εὐαγὲς ᾖ τὸ ἀποκτεῖναι om. post δικάσασθαι. Haec quidem verba e Solonis legibus Demosthenem petere noluisse verisimile est. Nam quae sequuntur: „τοῦτο δὴ λέγει, καθαρὸν τὸν τούτων τιν' ἀποκτείναντ' εἶναι“ non ut obsoletum illud εὐαγὲς sed ut legem ipsam illustraret, adiecit orator. Neque vero res ipsa, sed is, qui hoc fecerat, dicebatur εὐαγὴς i. e. καθαρός. Andocid. I, 97: „ὁ ἀποκτείνας τὸν ταῦτα ποιήσαντα εὐαγὴς ἔστω καὶ ὅσιος.“

§ 45. δωροδοκοῦντας om. post αἴσθοιντο. Hoc a Graeculo, quo tempore δωροδοκεῖν vim corrumpendi (διαφθείρειν) habuerit, adscriptum esse probat Cobet. var. lect. p. 348.

§ 46. ἴστε αὐτοί· τί γὰρ δεῖ — τίνος om. post ἀλλὰ πῶς; Habent mg. Σ et sec. Laur. supra lineam et in margine. Multum a viris doctis disputatum est de hoc loco, qui quod in Σ antiqua manu adscriptus est, librarii errore excidisse videbatur; nunc eum a breviore quidem illa editione abfuisse apparet.

Si locus retineretur, orator interrogationi illi „πῶς“; (i. e. ἔχετε πρὸς τὰ τοιαῦτα καὶ πρὸς τἆλλα) non respondisse putandus esset, sed verbis „ἴστε αὐτοὶ“ totam hanc quaestionem abrupisse caussa illata hac: „τί γὰρ δεῖ περὶ πάντων ὑμῶν κατηγορεῖν, παραπλησίως δὲ καὶ οὐδὲν βέλτιον ὑμῶν ἅπαντες οἱ λοιποὶ Ἕλληνες“. Ac primum quidem hic Benseler. (Hiat. p. 75. cf. eund. de hiatu Dem. pp. 26 et 27) hiatu οἱ λοιποὶ Ἕλληνες offenditur, quare Ἕλληνες delendum arbitratur. Funkhaenelius vero (epist. gratul. ad Godofr. Herm. p. 10) omnia haec Demosthene indigna censet et §§ 70, 73 sq. 75 comparari iubet. Qui recte videtur iudicasse. Quamquam enim illis paragraphis non plane repugnant haec verba, quae non ut curae salutis omnium Graecorum suscipiendae iam finem faciant, suadent Atheniensibus, tamen hoc ipsum, quod „non omnium rerum *accusari* oportere“ Athenienses dicuntur, „cum etiam ceteri Graeci non aliter se habeant“, e Demosthenis ingenio fluxisse putari non potest, qui quemadmodum nullam praetermisit occasionem, qua Athenienses e socordia excitaret, etiam paullo post cives suos graviter ob socordiam incusat (§ 54 sq.). Sequuntur verba: „διόπερ φημὶ ἔγωγε καὶ σπουδῆς πολλῆς καὶ βουλῆς ἀγαθῆς τὰ παρόντα πράγματα προσδεῖσθαι“, quae iam Aristides novisse videtur, cum dicat (I, 571 W.): „ἐγὼ βουλῆς ἀγαθῆς ᾤμην δεῖν καὶ νῦν ἔτι πλέονος“, qua ex re nil nisi hunc locum iam antiquo tempore in libris manu scriptis Dem., quos secutus est Aristides, infuisse efficitur. Sed Funkhaenel. l. c. verbo προσδεῖσθαι offenditur, cum utique δεῖσθαι dicendum sit. De notione verbi προσδεῖσθαι cf. § 42: „ὅτι δ' οὕτω ταῦτ' ἔχει τὰ μὲν νῦν, ὁρᾶτε δήπου καὶ οὐδὲν ἐμοῦ προσδεῖσθε μάρτυρος“. Plat. Phaedr. 269: „πᾶσαι τέχναι προσδέονται ἀδολεσχίας“. προσδεῖσθαι igitur significat: insuper opus esse aliqua re, ut totius loci sensus ita videatur definiri posse: quare puto praesenti rerum statui multo studio et bono consilio insuper (i. e. praeter alia, quae re ipsa postulantur, quaeque fortasse in rogatione dicenda erant) opus esse. Hoc igitur mittamus, quoniam orator consulto hoc vocabulo usus esse videri possit, quomodo vero ista cum antecedentibus cohaereant, quaeramus. Quod non satis perspicuum est. Ideo enim multo studio et bono consilio opus esse, quod etiam ceteri Graeci similiter atque Athenienses, neque melius se haberent, oratorem dixisse vix putes, qui ceteros Graecos tantum obiter attigerit, ut Atheniensium segnitiam quodammodo excusaret. Quare haec si non abrupte at *minus coniuncte* dicta videntur. Magis tamen eis, quae sequuntur, offendimur. His enim, cum pergatur: τίνος; bonum illum consilium contineri putandum esset. Ubi vero sit, quaeris? Nam sequitur titulus ille: „ἐκ τοῦ γραμματείου ἀναγιγνώσκει“ (γραμματεῖον significat tabulam literariam. Itaque explicandum: orator aliquid de scripto recitat vel recitandum dat). Qui si huic loco recte adiectus esset, bonum illud consilium de scripto recitatum

esse statuendam esset, quod admitti non potest. Iam enim Reiskius de titulo dubitavit, recentiores autem eum aut eiecerunt aut alio loco posuerunt. Certe eis quidem, qui vulgatam retinere volunt, titulum utique esse eiciendum apparet, cum orator, quorum auctor populo fieri vellet, ea non de scripto recitanda scribae traderet, sed ipse suo ore proferret (cf. Reiskium et Frank. ad h. l.). De plebiscito vero non cogitandum, cum nondum decreto locus sit, cuius formula §§ 71 sqq. ab oratore profertur. cf. § 70: „τί ποιῶμεν; πάλαι τις ἡδέως ἂν ἴσως ἐρωτήσων κάθηται. ἐγὼ νὴ Δί' ἐρῶ, καὶ γράψω δέ, ὥστ' ἐὰν βούλησθε χειροτονήσετε," quibus etiam decreti nondum factam esse mentionem efficitur. Itaque propius ad veritatem accedere videantur ii, qui consilium illud ipsa oratione contineri putant. Nam βουλὴν ἀγαθήν, ἧς προσδεῖται τὰ παρόντα πράγματα in proximis §§ inesse vix negaveris, in quibus omnia spectant ad § 51: „οὐ δεῖ προσέσθαι τὸν πόλεμον εἰς τὴν χώραν οὐδ' εἰς τὴν εὐήθειαν τὴν τοῦ τότε πρὸς Λακεδαιμονίους πολέμου βλέποντας ἐκτραχηλισθῆναι, ἀλλ' ὡς ἐκ πλείστου φυλάττεσθαι τοῖς πράγμασι καὶ ταῖς παρασκευαῖς, ὅπως οἴκοθεν μὴ κινήσεται σκοποῦντας, οὐχὶ συμπλακέντας διαγωνίζεσθαι." Tum etiam alia sequitur βουλὴ ἀγαθή: „τοὺς παρ' ὑμῖν ὑπὲρ αὐτοῦ (i. e. Φιλίππου) λέγοντας μισῆσαι (sc. δεῖ), quam pluribus verbis exponit orator, ut exemplis videatur probare illud: „παραπλησίως δὲ καὶ οὐδὲν βέλτιον ὑμῶν ἅπαντες οἱ λοιποὶ Ἕλληνες" (sc. ἔχουσι).

Quae quamquam facile quisque concedat, tamen, cum totum hoc genus orationis sit συμβουλευτικόν, casu potest factum esse, ut orator, quemadmodum alibi, ita hoc ipso loco βουλὴν ἀγαθὴν proferret, certe propterea ad illud τίνος; non videtur respiciendum esse.

Immo cuncta haec inepte consarcinata sunt; quae, cum iam inter se minus cohaereant, toti orationis contextui non conveniunt. Cur enim orator consilium quoddam utile prolaturus sibi ab ira Atheniensium metuere possit, haud intellexeris. Nam sequuntur: εἴπω; κελεύετε καὶ οὐκ ὀργιεῖσθε; quae certe eis, qui vulgatam retinere volunt, cum titulo illo eicienda essent, quod vidit Spengel. (Schriften der bairischen Acad. III, 183 sqq.), qui in eo quidem a vero aberravit, quod duplicem a Demosthene ipso factam esse recensionem statuit, hoc tamen recte statuisse videtur, primum eis, quae mutata essent, in textum translatis quae prius legerentur servata, tum, ut aliqua ratione inter se cohaererent, pronomen: τίνος; additum esse.

Loco secundum pr. Σ et pr. Laur. constituto orator putandus est probare voluisse, Athenienses sui temporis non iam ita se habere, ut priscos Athenienses (§ 46: „ἀλλ' οὐ νῦν· οὐ γὰρ οὕτως ἔχεθ' ὑμεῖς οὔτε πρὸς τὰ τοιαῦτα οὔτε πρὸς τἆλλα, ἀλλὰ πῶς;). Hos enim et odisse omnes eos, qui a dominandi cupidis aut Graeciam corrumpere conantibus pecuniam acciperent (§ 37) et ita putasse sibi curam salutis Graecorum omnium suscipiendam esse, ut non neglegerent, si quis in Peloponneso aliquos emeret et corrumperet (§ 45). Itaque orator ob eam caussam existimandus est ab Atheniensibus metuisse, quod aliquid dicturus esset, quo cives suos, quod proditoribus impunitatem concessissent atque communem omnium Graecorum salutem neglexissent, reprehenderet. Talia sequuntur § 54 sq.: „εἰς τοῦτ' ἀφῖχθε μωρίας ἢ παρανοίας ἢ - οὐκ ἔχω τί λέγω, ... ὥστε λοιδορίας, φθόνου, σκώμματος, ἧς τινος ἂν τύχητε ἕνεκ' αἰτίας ἀνθρώπους μισθωτούς, ὧν οὐδ' ἂν ἀρνηθεῖεν ἔνιοι, ὡς οὐκ εἰσὶ τοιοῦτοι, λέγειν κελεύετε, καὶ γελᾶτε, ἄν τισι λοιδορηθῶσιν. καὶ οὐχὶ πω τοῦτο δεινόν, καίπερ ὂν δεινόν, ἀλλὰ καὶ μετὰ πλείονος ἀσφαλείας πολιτεύεσθαι δεδώκατε τούτοις ἢ τοῖς ὑπὲρ ὑμῶν λέγουσιν." cet. Neque tamen *statim* sequuntur, quod verba illa: „εἴπω; κελεύετε καὶ οὐκ ὀργιεῖσθε" requirunt — vix enim, nisi statim dicturus fuisset aliquid gravius, hic illa verba inculcasset orator, qui ut sibi omnino libere loquendi facultas concederetur, iam initio orationis petierat (§ 3: „ἀξιῶ δ' ὦ ἄ. Ἀ., ἄν τι τῶν ἀληθῶν μετὰ παρρησίας λέγω, μηδεμίαν μοι διὰ τοῦτο παρ' ὑμῶν ὀργὴν γενέσθαι" cet.) — neque sunt

eiusmodi, ut ad illam interrogationem „ἀλλὰ πῶς;" referri possint, qua praemissa nemo non expectat, oratorem exemplis illustraturum esse, Athenienses sui temporis non iam aeque se habere ac priscos, ut antea Arthmii Zelitae exemplo usus erat. Adde, quod ex iis, quae § 54 praeposita sunt (§ 53: οὐ μόνον δὲ δεῖ ταῦτα γιγνώσκειν οὐδὲ τοῖς ἔργοις ἐκεῖνον ἀμύνεσθαι τοῖς τοῦ πολέμου, ἀλλὰ καὶ τῷ λογισμῷ καὶ τῇ διανοίᾳ cet.) luce clarius apparet, oratorem neque iam ad praecedentia respexisse, neque his illi interrogationi respondere voluisse. Quare non videtur cum Frankio faciendum esse, qui Demosthenem acerba quaedam dicturum alia putat interposuisse, quae nullam aut exiguam habitura essent offensionem; neque tamen Voemelio assentiendum, qui post ὀργιεῖσθε esse ὑποσιώπησιν, non lacunam (τοίνυν § 47 esse μεταβατικὸν), ac reticere oratorem, Athenienses esse εὐήθεις perhibet. Quis enim putaverit, oratorem, postquam disertis verbis: „εἴπω; κελεύετε καί οὐκ ὀργιεῖσθε" facultatem dicendi ab Atheniensibus sibi expetisset, id ipsum, propter quod hoc fecisset, silentio praeteriturum aut si per populum a dicendo prohibitus esset, nulla huius rei vestigia in ipsa oratione relicturum fuisse? Ubi vero sint illa, quae ad verba „ἀλλὰ πῶς;" spectent, quaeras? Equidem hanc difficultatem nullo modo solvi posse censeo, nisi statuatur, haec aut perdita aut — de scripto recitata esse, quod factum esse titulo illo, qui gravissima Σ et Laur. auctoritate defenditur, indicatur. Quae Voemel., qui titulum e scholiis ortum putat, minus videtur perspexisse. Dicit enim: „Si genuinus esset hic titulus, quilibet legens intellegeret, ad ἀναγιγνώσκει esse supplendum oratorem, qui eas res de scripto narravit, quibus populus', quantum sibi periculum a Philippo immineret, facile perspiceret." At de Philippo non iam agitur, sed de Atheniensibus, quos, quomodo se habeant πρὸς τὰ τοιαῦτα καὶ πρὸς τἆλλα (i. e. contra corruptores ac proditores), orator dicturus erat. Illarum vero sententiarum, quae solae per rerum naturam admittuntur, hanc, qua ea, quibus interrogationi „ἀλλὰ πῶς" responderetur, *de scripto recitata* esse statuatur, probabiliorem esse nemo non videt. cf. Spengel. l. c.: „Demosthenes wollte den Athenern aus officiellen Acten factische Beispiele ihrer Gleichgültigkeit und Nachlässigkeit geben; darum fragt er zuerst an, ob er sie auch, ohne ihren Unwillen auf sich zu laden, vorbringen dürfe." Unde autem hic titulus ortus sit, parum interest, dummodo quod rectum est indicet. Utique igitur aut titulum retinendum esse existimamus, aut certe putandum, hic aliquid ex publicis decretis recitatum esse, quo interrogationi illi responderetur. Atqui Benseler., qui vulgatam retinet, titulum § 42 praefixit, quae res magnam veri speciem habet. Sed plane alia est ratio § 42, ubi orator ipse verba in columna exarata memoriter, ut videtur, recitat (οὐ λόγους ἐμαυτοῦ λέγων ἀλλὰ γράμματα τῶν προγόνων τῶν ὑμετέρων cet.) ac loci de male gesta leg. § 270, ubi orator γράμματα ἐκ στήλης scribae recitanda dat, quod disertis verbis ipse indicat („ταυτὶ λαβὼν ἀνάγνωθι, γραμματεῦ — λέγε." Γράμματα ἐκ στήλης. § 271 „ἀκούετε"). Nostro autem loco oratorem nil nisi decreta recitata voluisse haud improbile est, quoniam, quomodo Athenienses contra proditores se haberent, non melius quam exemplis ex actis publicis petitis demonstrari potuit. cf. Spengel. l. c: „Diese Beispiele müssen schlagend und verletzend genug gewesen sein". Hoc igitur uno modo omnia bene procedere videntur, quae si alia ratione explicares, semper haberent aliquid offensionis, quod Frankius videtur intellexisse, cum dicit: „nisi quid h. l. in codd. turbatum est aut omissum, id quod credibile est, Demosthenes" cet.

§ 47. τοιοῦτος om. post ἐστιν. „om. Σ fortasse ob proximas literas, neque habet ἐστιν, sed si bene observavi ἐστι". Voem. At pr. Laur. habet ἐστιν.

§ 48. Ἕλληνας om. post τοὺς ἄλλους. cf. § 1.

ibid. στρατεύεσθαι καὶ τοῦτον τὸν χρόνον om. post αὐτήν. Particula ἄν, quae proximae sententiae

addita est (ἐμβαλόντας ἂν), quamque ad ἀναχωρεῖν referendum esse nemo non videt (= ἀνεχώρουν ἂν) in hac quidem sententia desideraretur.

ibid. τῶν ἀντιπάλων om. post τήν. Incursiones in *Atheniensium* fines hic significari liquet. τὴν χώραν· agros.

§ 49. ἐκ om. in οὐδ' ἐκ μάχης. Iam praecedit praepositio.

§ 50. κρατῶν om. post ἐπὶ τούτοις. Etiam pr. Σ ἐπὶ τούτοις videtur habuisse quamvis in erasis. lectio vulgata: τούτοις κρατῶν repugnaret praecedentibus. cf. § 49 „οὐδὲν ἐκ παρατάξεως οὐδὲ μάχης γιγνόμενον".

ibid. καὶ τεταραγμένοις om. post ἐν αὐτοῖς. Similiter ut § 12: καὶ στασιάζουσιν adiectum.

ibid. αὐτῷ om. ante διαφέρει, ut saepissime.

§ 51. τοὺς om. ante Λακεδαιμονίους. Melioribus codd. obtemperandum.

§ 53. χρὴ om. post πολέμου. Paullo ante praecedit δεῖ.

ibid. τῷ post διανοίᾳ. Sibi opponuntur: τοῖς ἔργοις ἀμύνεσθαι et τῷ λογισμῷ καὶ τῇ διανοίᾳ — μισῆσαι, ut et ἀμύνεσθαι et μισῆσαι pendeat a verbo δεῖ. Comma post διανοίᾳ, quod dat ed. Voem. delendum arbitramur.

ibid. ἔξω om. ante τῆς πόλεως. Non sibi opponuntur: οἱ ἔξω τῆς πόλεως ἐχθροὶ et οἱ ἐν αὐτῇ τῇ πόλει ἐχθρ.

§ 54. οὐδὲ βούλεσθε om. post ποιῆσαι. Praecedit futurum δυνήσεσθε (Σ Laur.).

ibid. ἢ — ἢ om. ante φθόνου et σκώμματος. Quid sit discriminis inter has duas dicendi rationes exposuit Funkhaenel. observ. ad III Phil. p. 10.

§ 56. τὰ ... φρονοῦντες om. post τινὲς μέν. Sibi opponuntur: τινὲς μὲν Φιλίππου (sc. ἦσαν) et οἱ δὲ τοῦ βελτίστου. cf. proxima: οἱ τὰ Φιλίππου φρονοῦντες.

§ 57. δὲ πάντα om. post μᾶλλον. Voemel. Funkhaenelio adversante (observ. ad III Phil. p. 10) vulgatam retinet: „equidem potius etiam μᾶλλον delerem, quum vere dici non possit, populum Eretriensem ad Philippum inclinasse". μᾶλλον non cum Funkhaenel. ad ἐπείσθησαν sed ad ἀκούοντες videtur referendum esse, ut sit interpretandum: his auscultantes in plerisque magis magisque, vel μᾶλλον τῶν ἄλλων.

§ 58. καὶ φίλος om. post. σύμμαχος, vid. supra § 11.

ibid. τότε μὲν πέμψας — Παρμενίωνος om. post σώζεσθαι. Voemel. vulgatam retinet. „Oculus scribae, ut videtur ab εσθαι syllabis ad οσκαι (παρμενιωνοσκαι) aberrans versum omisit," quod facilius etiam fieri potuisse contendit Rehdantz. (Jahn, Jahrb. 77, 570), si pro καὶ compendium illud literae Z simile positum fuisset. At nec sunt adeo similia haec compendia, ut confundi possint (v. tab. litter. 3 apud Voem. A. Ꞇ = καὶ, Ʒ = ζ) et scribam tali modo aberrantem etiam καὶ omissurum fuisse liquet. Nam ea est talis erroris ratio, ut scriba descriptis prioribus posteriora iam se scripsisse putet. Nihilominus difficile est de hoc loco iudicium. Nam quamquam fieri potuisse, ut ex ὑπομνηματιστῶν libris huc translatus sit, negari non potest, eumque in breviore quidem tertiae Philippicae editione, quod et pr. Σ et pr. Laur. omittitur, defuisse patet, tamen eum esse subditicium argumentis satis firmis probari non potest. Vera enim tradi videntur. Nam et Eurylochi cuiusdam, legati ad Athenienses missi, una cum Parmenione et Antipatro mentionem facit auctor secundi argumenti ad orat. de male gesta legat. (p. 336 § 5), qui quamquam aliud nomen finxit (cf. Schäfer, Demosth. II, 198 ann. 2), hic a vero non aberrare videtur, et hunc Eurylochum esse eundem, quem post Philippi mortem supplicio affectum esse Iustin. 12, 6 tradit, haud improbabile est. Parmenionem autem hoc tempore in Euboea

fuisse inde colligitur, quod Orei Euphraeum interfecisse traditur (Carystii frgm. apud Athenaeum 11 p. 506 et 508). — Quod Voemel. animadvertit: „verba, quibus δὶς explicatur, si delerentur, desideraretur expositio secundi membri post prius accurate expositum", hoc quidem negari non potest, tamen orator, quod tres quidem illos tyrannos nominaverit, non ideo mercenariis qui praefuerint (quod non tantum intererat), expositurus fuisse putandus est. Immo Demosthenem hic orationem abrupisse, ut ad res Oritarum enarrandas transiret, verisimile est, cum pergat: „καὶ τί δεῖ τὰ πολλὰ λέγειν".

§ 60. τῶν Ὠρειτῶν om. post δήμου. Est glossema. Repetitur demum § 61: ὁ δῆμος τῶν Ὠρειτῶν.

ibid. τὸν om. ante Φίλιππον, ut saepius in nominibus.

ibid. παρ' ἐκείνου om. post πρυτανευόμενοι. Additum more grammaticorum pronomina non necessaria inculcantium.

§ 61. εἶναι om. post ἐπιτήδειον. More grammaticorum perspicuitati nimis caventium adiectum.

ibid. τῷ φόβῳ om. post διέκειντο. Sunt interpretis.

§ 63. νῦν ἐστι om. post ὑμῖν. Etiam antecedentibus: τί οὖν ποτ' αἴτιον; non adiectum est: ἦν.

§ 64. προσῆσαν δ' ἀπέχθειαι vel οἷς προσῆσαν ἀπέχθειαι om. post σωθήσεσθαι. Sunt scholiastae in F et P.

ibid. ἑαυτοὺς om. post προσίεντο. Pertinet ad lectionem vulgatam ac minus exquisitam προΐεντο.

§ 65. καὶ τοὺς εἰς τοῦθ' ὑπάγοντας — τὴν πόλιν om. post ἐνόν. Rectissime de his iudicavit Schaefer.: „Non valde repugnarem, si quis vel unius auctoritate libri deleret" cet. De vocabb. cf. Funkhaenel. ep. grat. ad Godofr. Herm. p. 6.

ibid. καὶ προέσθαι τῶν ὑπὲρ ὑμῶν λεγόντων τινὰς om. post Φιλίππου. Funkhaenel. ep. gr. p. 6: „ne haec quidem a Demosthene scripta esse arbitror, sed ut reliqua permulta post ab alio nescio quo homine adiecta, qui, quum quosdam oratores interque hos Demosthenem tradi sibi Alexander iussisset, hoc, quod post factum est, ad marginem adnotavit". Post τεθνάναι γὰρ μυριάκις κρεῖττον nescio an sola talis fere sententia conveniat: „ἢ λέγειν ὑπὲρ αὐτοῦ vel ἀκροᾶσθαι τῶν ὑπὲρ αὐτοῦ λεγόντων. cf. or. Cherson. § 49: „τεθνάναι μᾶλλον ἢ ταῦτ' εἰρηκέναι βουλοίμην".

§ 67. αὐτοὺς om. post βουλευομένους. Non opponuntur alii.

ibid. μηδὲν om. ante μηδ', quam coniecturam sola sec. Vatic. exhibet.

§ 68. συμβάντος τινὸς om. post εἰπεῖν. Certe esset scribendum: συμβάντος τινὸς ὕστερόν ποτ', non vice versa.

§ 69. γὰρ om. post ἕως. Hermogenes p. 342 hoc loco asyndetorum exemplo utitur.

Postquam quibus discrepent quibusque consentiant pr. Σ et pr. Laur. exposuimus, iam, quid hinc effici posse videatur, paucis monendum est. — Ac primum quidem, quod ea menda, quae dat pr. Σ, non dat pr. Laur., sed alia ac propria, alterum librum ex altero non esse exscriptum facile colligitur. Tum autem cum in rebus levissimis quidem discrepent, in gravissimis vero consentiant, eos ex eodem fonte fluxisse eiusdemque esse familiae apparet. Qua igitur ratione hoc novo libro utendum erit? Jam, ubi de lectione pr. Σ non certo constat, e Laurentiano nostro, quid illa dederit, peti, tum etiam accuratius videtur iudicari posse, utrum locus tantum a scriba errore omissus sit, an a breviore certe, quam diximus, editione abfuerit. —

Atque ut pauca etiam de secunda Laurentiani manu dicamus, is, cui debetur, lectiones vulgatas e libro eius familiae, cuius dux est F Marcianus, superscripsit, ut propriae huius manus sint prope nullae, nisi forte excipis § 19: καὶ αὐτὸ ἀναβάλλησθε, quae lectio inde orta est, quod

qui hoc scripsit lectionem pr. Laurent. cum vulgata commiscuit. Sed non omnia ad hunc librum expressa sunt (cf. § 5 πραττόντων, ubi vulg. addit ὑμῶν, § 13 cet.), ut si textum sec. manus edere velles, efficeretur sane singularis quaedam recensio, quam vero magis fortunae quam consilio cuiusdam viri docti deberi apparet. Ut autem, qua ratione hic liber sit correctus, etiam ex alia oratione cernatur, omnia, quae ad orationem Chersones. secunda manu adscripta invenimus, hic ponemus, ita, ut prima praemissa secundam uncis includamus.

§ 1. ἀφελόντας [ἀφέντας]. § 2. κἂν [μικρὸν] ἐπίσχωσι. § 3. ὑπάρχων τῇ πόλει [Φίλιππος]. § 5. εἰ δ' ἃ μὲν [ἡμεῖς] ὠμόσαμεν. § 6. πάντα δὲ τὸν [ἄλλον] χρόνον. ὡς πολεμεῖν [ἁπλῶς]. § 7. τὸ δικαιότατον [καὶ ἀναγκαιότατον]. § 22. ἐπαινοῦμεν [ἀλλὰ βασκαίνομεν]. §. 23. τὰς συντάξεις [Διοπείθει] δώσετε. οἱ [εἰ] γὰρ ἤδη — διδόντες [δίδοτε]. § 31. ὅτι ληρεῖτε, ὦ [ἄνδρες] Ἀθηναῖοι. § 32. παρεσκευάκασαν ὑμᾶς [ἐκ πολλῶν]. § 33. ἐκεῖνος ἔσθ' ὁ ἀγὼν [ἐν ἐκείναις ἔσθ' ὁ ἀγὼν]. § 34. ὥστε ἐν [μὲν] ταῖς ἐκκλησίαις. § 36. ἀλλ' ἐκεῖνος [μὲν] ὑμῶν. ὑγιαίνειν φήσαιεν [φῆσαι]. § 37. οὐδὲν μᾶλλον [ὑμεῖς γε]. πρεσβεύετε [σθε]. § 40. σκέψασθ' ὡς ἂν [σκεψάσθωσαν]. § 41. τρόπον τινὰ [νῦν γε δὴ]. § 43. πρῶτον μὲν ἂν διὰ τοῦτο δεῖ ἐχθρὸν [mg. πρῶτον μὲν δὴ διὰ τοῦτο δεῖ ἐχθρὸν]. § 44. οὕτω γ' εὐήθης ἐστὶν [ὑμῶν]. [λ] Καβύδην [καὶ μάστειραν]. § 45. τῶν δὲ Ἀθηναίων [ησι] λιμένων. καὶ τἆλλα [πάντα]. § 46. ἅπασιν ἕτοιμον [ην]. § 47. καὶ τότε [ταῦτ'] ἐθελήσητε. § 48. δαπάνης μεγάλης [πολλῆς]. μὴ [ἐ] θέλη [ει ποιεῖν]. § 49. ἐγγυητὴς [ὑμῖν]. § 51. ἀπεύχεσθαι [δήπου μὴ γενέσθαι]. ὑπὲρ τῶν γιγνομένων [πραγμάτων]. § 53. μηδὲν εἶναι [ἤδη] ποιεῖν. ἃ [δὲ] δέδοιχ'. ἀφ' ὑμῶν [ἕτοιμα] ὑπάρχει. § 56. πώποτ' εἰπεῖν ὡς [ἀδικεῖ] πόλεμον ποιεῖ. § 57. καὶ κατηγορῶσι [μὲν] αὐτοί. μὴ δίκην [δὲ] δῶσιν. § 59. οὐ πολεμεῖν [ἡμῖν]. Φερραίοις πρότερον [πρὶν ἢ] πρός τά. § 61. ἐχθροὺς [ὑπηρετοῦντας ἐκείνῳ· ἀλλ' ἀνάγκη τούτοις ὥσπερ προβόλοις παραπταίοντας ὑστερίζειν ἐκείνου]. § 66. κατασκευάζοντος οὐ μὴν [ὑμῖν]. § 67. in. ἑκάστου [καὶ δὴ τοῦ] τούτων. βαρβάροις [γέγονεν]. τῇ [μὲν] τῶν ὠνίων. § 71. ἀλλὰ [διαμένω] λέγων. § 75. ἐγὼ λέγω [νῦν καὶ περὶ ὧν ἂν ὁ δεῖνα εἴπη]. εἶπεν [ὡς οἷόντε τὰ ἄριστα ὥσπερ εἶπεν τότε]. § 76. ὅσοις [οἷς]. μισεῖν [ἀεὶ καὶ] πανταχοῦ. πράξοντας [ὅσα ἂν δύνωνται τῇ πόλει]. § 77. βελτίω [τὰ λοιπὰ] γένοιτο.

CODEX VATICANUS

est Vat. 68, quem accuratissime descripsit Heysius (Progr. Frcofrt. 1838 p. 3 sqq.), apud Voemel. Vat. [b]. (cf. prolegg. edit. p. 249). Familiae F tribuitur a Voemelio, Rehdantzius (Jahn. Jahrb. 75 p. 820), quod eandem, quam Vindob. 3 dat lacunam, eum potius familiae Y assignandum esse putat, quamquam e lectionibus iudicium ferre non audet (l. c. 825). Et ex ordine quidem, quo orationes scriptae sunt, nihil certi colligi posse apparet, cum nihil insit notabile. Nam quod ἐρωτικὸς λ. et oratio de corona se expiciunt, videtur glutinatori tribuendum esse, qui hic duo folio vacua inseruit. Attamen, cum et vitam Demosthenis a Zosimo conscriptam, quam praeter eum nisi Y et Urb. codex habet nullus, et lectiones plurimas in orat. Phil. III familiae Y proprias exhibeat, eum ad hanc familiam referre non dubitamus.

Lectiones enim in or. Phil. tertia habet communes:

a) cum Y

§ 1. καὶ λέγειν δεῖ (pr. Y.) καὶ πράττειν ἅπασι προσήκει. § 68. οἰηθῇ (pr. Y)

b) cum Y et aliis eiusdem familiae codd.: Urb. Vind. 4 Lind. (lect. variae e παλαιῷ βιβλίῳ Hervagianae Lindenbrogii adpictae):

§ 3. ὑμᾶς post ἀξιῶ cum Y Vind. 4 (in Urb. punctis inclusum). § 6. αὐτὸν om. cum Y Lind. § 7. βουλεύσασθαι cum Y Vind. 4. § 11. καὶ φίλους om. cum Y Urb. Vind. 4 Lind. § 20. στρατηγοῖς cum Y Urb. Vind. 4. § 26. ᾠκήθησαν cum Y Vind. 4. § 30. μέντοι cum Y Urb. Vind. 4. Lind. § 31. πολλῆς om. ante ὀργῆς cum Y Urb. Vind. 4. § 33. ὃν χρὴ τρόπον (non ὅντινα) cum Y et App. fr. (non divers. ab Lind. Voem. p. 185). § 36. τούτων cum Y Urb. Vind. 4. § 45. ἂν om. in οὓς αἴσθοιντο cum Y Vind. 4 Lind. § 48. Ἕλληνας om. cum Y Urb. Vind. 4 Lind. § 49. ἐξηρτύσθαι cum Y Urb. § 50. δὲ τούτοις cum pr. Y Urb. Lect. vulgat.: καὶ τεταραγμένοις om. cum Y Urb. Lind. pr. Vind. 4. § 54. ἕνεκ' post τύχητε om. cum Y et v („plerumque cum Y cohaeret". Voem. p. 208). § 56. τὰ et φρονοῦντες om. cum Y pr. Vind. 4 Lind. § 60. τῶν Ὠρειτῶν om. cum Y Lind. Vind. 4. § 64. καὶ ἐλύπουν οὐδὲν om. cum pr. Y Lind. pr. Vind. 4. προσῆσαν δ' ἀπέχθειαι om. cum pr. Y Urb. Lind. pr. Vind. 4. § 65. ἴδητε cum Y Vind. 4. vulg.: καὶ τοὺς — τὴν πόλιν om. cum pr. Y Lind. pr. Vind. 4. § 67. αὐτοὺς om. post βουλευομένους cum Y Urb. Vind. 4. Lind. § 70. ἴσως om. cum Y Lind. Vind. 4. § 71. εἰς Χίον, εἰς Ῥόδον cum Y Vind. 4. § 72. Lect. vulg. καὶ Κλειτόμαχος καὶ Λυκοῦργος om. cum Y Vind. 4 Lind. § 73. vulg.: καὶ πρώτους — τότε om. cum Y Urb. pr. Vind. 4 Lind. § 74. τὸ γέρας om. cum pr. Y Urb. Lind. pr. Vind. 4.

c) cum codicibus familiae Y:

§ 9. αὐτὸς cum Urb. Vind. 4. § 17. τῆς ante δυνάμεως om. cum Lind. Vind. 4. § 26. τετραρχίας cum Urb. Vind. 4. § 28. πρ. ἀλλήλους om. cum Urb. Lind. § 35. ἔχει om. ante πόλιν cum Lind. § 37. παραίτησις ἦν οὐδεμία (verbis sic collocatis) cum Lind. § 45. ἐκολάζοντο δ' οὕτω cum Lind. § 47. ὑφίστατο δ' οὐδὲν cum Urb. (οὐδὲ ἕν). § 48. αὐτοὺς ἐμβαλόντας cum Lind. § 63. σωθήσονται cum Lind. § 68. γὰρ καὶ τὸ (om. τὸ) cum Lind. (posterius τὸ om. pr. Y). § 72. ἐπὶ Πελοπόννησον cum Vind. 4 Lind. § 75. εἰ γὰρ ἦσαν — εἰσὶν om. cum pr. Vind. 4 Lind. § 76. οἴομαι νῦν (sine καὶ) cum Urb. Vind. 4 Lind.

Hae sunt plus quadraginta lectiones, quibus Vaticanus cum codicibus familiae Y consentit. Quarum quamquam partem singuli quoque aliarum familiarum codices atque etiam pr. Σ dant, tamen sunt eae, quibus potissimum, quae sit huius recensionis ratio, intellegatur. Facile enim numerum altero tanto augere possis, si eas, quae tantum non omnibus familiis communes sunt, addere velis.

Duae autem sunt Vaticani manus, quarum secunda et menda correxit (cf. § 14 ἕλκυσαν cet.) et lectionem vulgatam adpinxit (§§ 64, 65, 73, 75).

A familia recedens ad pr. Σ accedit Vatic. his locis:

§ 2. αὐτὴ om. post πόλις. § 16. ταῦτα omisso ἐστιν. § 23. βούλοισθε. § 42. ἐκ Μήδων (om. τῶν). § 44. τῶν Ἀθηναίων.

Lectiones igitur Vatic. propriae, si menda (cf. § 18 et 20 πρὸ ὑμῶν. § 56. Φίλιππος pro Ὄλυνθος) omittimus, restant: § 3. ὑμῖν om. ante αἴτιαι. ibid. ὦ Ἀθηναῖοι (om. ἄνδρες). § 12. ἐκπεπομφέναι pro πεπομφέναι. § 20. ἄρα om. pr. Vat. § 23. ἴσχυσαν δέ τοι. § 32. ἤτοι pro καίτοι. § 36. ἔνεστιν (in νῦν οὐκ ἔστιν). § 48. νόμον τινα (pro νόμιμόν τινα). § 51. ὡς om. ante ἐκ πλείστου. § 61. τοῦ τούτῳ μὲν βοηθ. § 67. ἐλπίζειν τὰ τοιαῦτα. § 73. συνάγειν om. (om. etiam Wolf.). § 75. ἕκαστος ζητῶν.

CODEX MANETTIANUS

signabatur olim Pal. 193 a bibliothecariis Vaticanae bibl., nunc in Appendice bibliothecae Christinae reg. positus numerum habet 19, de quo cf. Heysium (Progr. Frcf. 1838 p. 23 sqq.) et Voemel. p. 253: „iacet vehementer mutilatus et laceratus, quamquam primo nitore praestans liber.“ Saeculo XII° tribuitur, tamen vereor, ne paullo ante Manettum aut ipsa eius aetate (1396—1459) scriptus sit. Scholia ad nonnullas orationes adpicta sunt; quae ad orat. de corona leguntur non sunt diversa ab eis, quae dant T C V (Hunziker. T = α Par. 2940. C = Par. 2946. V = schol. ed. Ald. anni 1503), desinunt ad verba: πολλῷ ῥέοντι (p. 272, 20).

Ut, quantum de hoc codice aetas reliquerit, melius cognoscatur, Phil. III quae servata sunt adscripsimus, deperdita punctis notavimus.

ὑπόθεσις... τοῦ λόγου usque ad Ἕλλησιν.

§ 1. Πολλῶν usque ad ὅπως... εως καὶ δίκην usque ad εἴς του... γματα καὶ προ... καὶ χειροτονεῖν sqq. usque ad § 3 μεταδεδώκατε... ολ.., ἄν τις οἰκέτας... πλείονος... τι βούλονται λέγ... ἐκ δὲ τοῦ σ... § 4... συ... κολακείας usque ad § 6 τὸν πόλ[εμον]... καὶ διορθοῦσθαι πε... § 7... γράψας τις ...πεποιηκέ... § 8... ἀξιῶ usque ad § 11 συμμάχους καὶ πρὸς... (scidulae disiectae perverse conglutinatae sunt)... καὶ ..Φωκέων usque ad πορευ... ἤριζον πολλοὶ... (perverse conglutinatum). . § 12... ἐν τοῖς τοιούτοις καιροῖς usque ad § 16 μικρὰ ταῦτά ἐστιν... η λόγος οὗτος. τὸ δ' εὐσεβ... μείζονος... § 17... σούτου δέω usque ad § 19 καὶ τοῖς οὖσιν ἐκεῖ... τηγοῖς usque ad ἀποστεῖλαι β. ...τῷ... ων ὡς ἐν κινδ... § 20... πεῖν πρὸς ὑμᾶς... ι μὲν ὀρθῶς λογίζομαι usque ad § 24 πλεονάζ. ... πέρα usque ad καθεστηκότα ... καὶ οἱ μηδὲν ἐγκα... § 25... ειν; ἀλλ' ἡμεῖς αὐτοὶ... ἧς ὅτι... καὶ Λακεδαιμονίοις usque ad § 28 διακείμεθα κ... ρωρύγμεθα usque ad τήμερον ἡ... οὔτε τῶν δεόντων... β.. θεία... § 29... σωθήσεται usque ad § 32 κύριος δὲ Πυλῶ... καὶ τῶν... παρόδων ἐστὶ καὶ φρου... ατέχει; ἔχει δὲ καὶ... ᾶς καὶ Θεττα... νας... εἰς Πορθμὸν usque ad § 36 τοῦ Περσῶν... σε πλούτου καὶ ἐλευθερίαν ἦγε... εζῆς μάχης... ντα λέλυ... § 37 καὶ χαλεπώτατον usque ad § 41 ἐναντία τούτων εἶχεν... ώσω οὐ λόγους ἐμαυτοῦ... ων ἡμετέρων... ἣν γράψαντες... ἵνα ὑμε... § 42 ἄρθμιος usque ad § 45 στηλί... ἐκ δὲ τούτων... ἦν τῷ... βερά, οὐχ ὁ βάρβαρος τοῖς Ἕλλησιν. § 46 ἀλλ' οὐ ... § 47... τῶν παραμυθεῖσθαι βουλ. usque ad § 50 ὥρα... § 51... δότας δεῖ καὶ λογιζομ... υδεὶς τη... § 52... ποιεῖν ἐθέλωμεν usque ad § 56 τῶν ἐν τοῖς... ινες μὲν τὰ Φιλίππου... δὲ τοῦ... § 57... τοῦτο πάντα usque ad § 60 ἁλώσεως ἐνέδε... δότην usque ad καὶ τοὺ... § 61... κατεσκευάζοντο usque ad § 64 ταῦτ' ἔλεγον ὁ... ον σωθήσεσθαι... ευταῖα... πρὸς... § 65... καὶ προέσθαι τῶν usque ad § 69 σπουδή. § 70 καὶ... ἄνδρες ἀ... μὲν σῷοι, πόλιν μεγίστην... πλεῖστα... ιστον τί ποιῶμεν;... § 71... ταῦτα δὴ πάντα παρασκευασάμενοι usque ad § 73 ἡλίκον ὑμῖν ὑπ... § 74... ἴεσθε Χαλκ... δα σώσειν ἢ μεγαρ... δράσεσθαι... οὐκ ὀρθῶς οἴεσθε... ἕκαστοι... γέρας... § 75... εὕρῃ τοὺς ποιήσοντας usque ad finem.

Familiae Y cod. Manett. attribuit Rehdantz. (Jahn 75, 822), Voemelius rectius familiae F. Ordo enim et numerus orationum idem, qui in Lobcovicensi, Pal. 3, Angel. Reg. videtur fuisse: [1, 2] 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 15, 18, 19 (prope idem in γ. Paris., numerus idem in u Paris.). Quorum solus Angelicus ad tertiam Philippicam adhibitus est, quocum etiam in lectionibus cod. Manettianus admodum congruit. De Pal. 3 vero, qui Angelicum repetit, iudicat Heysius (progr. Frcfrt. 1838 p. 16): „Er stellt am Besten denjenigen Zustand des Textes dar, den ich als handschriftliche Vulgata bezeichnen möchte — ein Text, welcher (wahrscheinlich in der ersten Hälfte des 15. Jhrh.) nach der Revision und den Correcturen irgend eines neugriechischen oder italienischen Gelehrten gebildet,

in der Mehrzahl jüngerer Handschriften vor uns liegt und aus diesen sich auch in die ersten Druckausgaben verpflanzte.“ Quod etiam in nostrum cod. cadit. Cum Angel. unum mendum habet commune: § 36 ἐλευθερίαν, alias rarius ac tantum in levissimis ab Angel. recedit.

Ad pr. Σ accedit Man. his: 1) § 17. ἕως — φήσετε om., qui error in Σ iam a scriba correctus est. 2) § 8. προβάλλει. 3) § 40. ἀλλὰ ταῦτα (sine πάντα).

Menda sunt: § 19. πεῖσαι. § 39. ἐκπέπρανται (ubi pr. Σ ἐκπέπρακται). § 55. τούτω τῷ. § 63. ἔχειν καί.

Lectiones Manett. propriae sunt: § 11. πρὸς συμμάχους καὶ πρός. § 30. οὔκουν (pro ἀλλ' οὖν). § 50. προσπέσοι μηδεὶς (om. καὶ). § 58. τότε μὲν om. in lect. vulg.: τότε μὲν πέμψας τοὺς μετ' Εὐρυλόχου ξένους cet.

CODEX PALATINUS

est Pal. 172 ap. Voem. „Pal. 6“. cf. Heysium (prgr. Frcf. 1838 p. 20) et Voemel. p. 253. Hic quoque codex olim Manetti erat. Voem.: „ab ipso Manetto passim pro suo more variatus“. Verumtamen quod Heysius l. c. de more Manetti iudicavit magis in Latinos codd. videtur cadere, certe in tertia Philippica nullum rasurae vestigium neque quidquam a Manetto correctum animadvertimus. Heysio auctore eadem manu, qua Urb. 114 (Urb. b Voem.) et Urb. 115 scriptus est. De Urb. 114 iudicat Voemel.: „videtur esse familiae Augustanae“, nostrum tamen codicem familiae F adtribuit. At plane alius est ordo orationum in nostro atque in Urb. 114 (cf. infra); idem tamen et numerus et ordo in Laur. 8, quem cum Barberino et Palatino 2 consentire Voem. p. 248 vidit. Horum vero eodem auctore alter modo cum F modo cum Aug., alter cum Augustano consentit. Quodsi Augerus recte iudicavit, etiam cod. r Parisiensem, in quo ordo orationum proxime ad Laur. 8 et nostrum Palatinum accedit (cf. Rehdantz. in Jahn, Jahrb. 75 p. 818), multas habere variantes communes cum Augustano 1, nostrum quoque familiae Augustanae vindicare non dubitamus, praesertim cum variantes Phil. III recensionem familiae Aug. tueantur. Nam ut Aug. in Phil. III vicies quinquies cum Σ consentit (cf. Voemel. p. 281), ita etiam Pal. noster saepe ad Σ accedit, et interdum, ubi ceteri codices recedunt. cf. praeter levissima (§ 5 om. μὲν in τῆς ῥᾳθυμίας, § 21. om. Art. ante Φίλιππος, § 64 ἐγκατελείφθησαν quod etiam Vind. 1 dat): § 14. αἰτιωμένων (om. vulg.: καὶ κρίνειν βουλομένων, ubi animadvertendum pr. Aug. 1 totum locum inde ab ἀλλ' ὑμ. αὐτῶν usque ad βουλομένων omittere) § 27. εἰς τὰς ἐπιστολάς. § 61. om. εἶναι in ἐπιτήδειον ταῦτα ποιεῖν. Cum aliis cod. sed paucis ad Σ accedit: § 13. οἴεσθ' αὐτόν, οἳ ἐποίησαν μὲν οὐδὲν ἂν κακόν cum γρ. Bav. pr. Vind. 1. § 56. οἱ τοῦ βελτίστου cum Rehd. ἐξώλεσαν cum Rehd. § 57. μόνον cum Vind. 1. § 65 ἐκλογιζόμενοι cum ε.

Atque sunt praeter lectiones duae potissimum res, quibus recensio August. in Phil. III a ceteris differre videatur; primum quod alia est interpolationum ratio, tum quod exquisitior interdum est ordo verborum. Idem in Palatinum nostrum cadere videtur.

Interpolationes enim nonnullas familiae F potissimum proprias cum Augustano omittit, ut etiam hac de causa ad pr. Σ accedat: § 12. ἐν αὐτοῖς om. post στασιάζουσιν. § 30. τις om. in ὥσπερ ἂν εἰ υἱός. § 43. καὶ θεωρεῖτε cet. om. § 54. οὐδὲ βούλεσθε om. post ποιῆσαι. § 58. καὶ φίλος om. § 66. καὶ στρεβλούμενοι om. § 67. ἢ om. post ὁτιοῦν ἄν. Alias vero dant aut illas paullum immutatas: § 7. πολεμεῖν (non πόλεμον ἄγειν). § 11. καὶ φίλους. § 13. τούτους μὲν αὐτὸν ἐξαπατᾶν (sed corr. Aug. 1). § 20. μὲν καὶ τούτοις. § 23. Ἑλλήνων τὸ ποιεῖν. § 24. τὴν αὐτὴν δυναστείαν (non τ. δυν.

τὴν αὐτὴν ταύτην). § 32. Ἑλληνίδας. § 46. ἴστε αὐτοὶ — βουλῆς ἀγαθῆς (in hac vulgata August. et Pal. consentiunt, dissentiunt vero a codd. all. famill.). § 53. πολέμου] χρή. § 61. διέκειντο] τῷ φόβῳ. § 63. παρ' ὑμῖν] νῦν ἐστιν. § 65. ὑμῶν] αὐτῶν in vulg.: καὶ προέσθαι. ibid. τινά (non τινάς). § 67. ἐλπίζειν] καί. § 69. ἕως] γάρ. § 71. πάντ' αὐτοί. ibid. φανερά] τοῖς Ἕλλησιν. § 72. καὶ Κλειτόμαχος καὶ Λυκοῦργος. § 76. πάντα [τὰ πράγματα. ibid. τι [τούτων.

Ordine verborum a codd. vulgatae recensionis recedunt, ut interdum cum pr. Σ faciant: § 17. ἄγειν ὁμολογεῖν. § 23. τουτουσὶ τοὺς τελευταίους. § 24. πολεμεῖν post ἠδικημένων. § 26. προσελθόντ' εἶναι ῥᾴδιον εἰπεῖν. ibid. τὰς πολιτείας καὶ τὰς πόλεις. § 29. ἄλλου τινός. § 43. τῶν Ἀθηναίων τῶν τότε. § 44. οὑτωσί τις ἂν φήσειεν. § 51. εἰδότας καὶ λογιζομένους οὐ δεῖ. § 70. δήπου δουλεύειν.

Praeterea Aug. et Pal. communes sunt lectiones hae: Ambo scribunt: § 33 et § 60. Φιλιστείδην. Simplicia dant, ubi multi codd. composita: § 18. ἱστάντα (ut Σ). § 42. γέγραπται (ut Σ); compositum pro simpl.: § 15. ἐγκατέστησε. Aliae lect. sunt: § 19. ἐάσητε (ut Σ). § 25. πολλοστόν. § 35. καθ' ἕνα (ut Σ). § 40. παρασκευῆς (ubi vulg. κατασκευῆς). § 51. προσδέχεσθαι. § 63. τὸ αἴτιον (non ποτ' αἴτιον). § 64. καθ' ἕκαστον. § 73. προιεμένους. § 75. εὑρήσει.

Quibus si addas lectiones, quae sunt Palat. communes cum Dresdensi*), quem in nostra oratione cum fam. Augustana consentire vidit Voemel. Prolegg. crit. § 57 (etiam Harlei. et θ Paris. huc referendi sunt. cf. Rehdantz l. c. 75 p. 817), Palatinum quoque familiae August. adscribere non dubitaveris.

Tamen non ita consentit Pal. cum August., ut omnis tollatur singularitas.

Cum Aldin. consentit: § 41. ὑποδείγματα καὶ παραδείγματα.

Menda sunt: § 4. τρυφανῶν (pro τρυφᾶν). § 75. ὃ βούλονται.

Ordinem verborum immutat: § 4. φαύλως πάνυ. § 5. μέν ἐστιν ἴσως. § 30. κληρονόμος ὢν τούτων. § 36. ἑτοίμως εἶχον. § 37. ἄρχειν βουλομένων ἀεί. § 68. ἔχοιεν εἰπεῖν (ut Hermog. p. 251 p. 342).

Omittit: § 17. γὰρ in φησὶ μὲν [γὰρ] οὐ. § 38. καὶ in ἡ τύχη [καὶ] τοῖς ἀμελ. § 57 οἱ ante πολῖται. § 70. ἂν ἴσως (Aug. 1 tantum ἴσως om.). Praeterea sunt animadvertendae lectiones: § 7 διισχυρίζομαι, quod soli mg. Σ (man. saec. XII) et Aristides dant. § 15. ὡμολόγει pro ὀμωμόκει. cf. Cobet. nov. lect. p. 515. § 18. ἡμῶν ἀλλοτριωθῆναι (vulg. ὑμῶν). § 29. περίοδος καὶ καταβολή. § 66. λασθένην ὕπαρχον.

EPIMETRUM.

Ordinem, quo orationes in libris manu scriptis collocatae sint, ad familias constituendas maximi momenti esse Rehdantz. praeclara sua commentatione (Jahn, Jahrb. 75 et 77) probavit. Quare, ubi in codd. minus notos incidi, ordinem saltem orationum exscripsi. Quae huc adiungenda videntur:

Cod. Vat. 69 (cf. Heys. progr. Frcfrt. 1838 pag. 9, Voemel. p. 250 sq.) apud Voemel. „Vat.“. Continet orationes has: Ὀλυνθιακ. α'—γ' (or. Olynthiacae IIae primum tantum folium prima manu scriptum est, reliquam orationem supplevit alia). ὑπὲρ τῆς Ῥοδίων ἐλευθερίας. περὶ τῶν πρ. ἀλέξανδρον συνθηκῶν. [Sequuntur 22 folia alius membranae, quibus continentur hae orationes nitidissima sed recenti manu scriptae: κατὰ ἀφόβου α', β'. πρὸς ἄφοβον γ'. πρὸς ὀνήτορα ἐξούλης α', β'. πάραγραφὴ πρὸς ζηνόθεμιν, cuius orat. unum folium tantum extat]. παραγρ. πρὸς ἀπατούριον. πρὸς φορμίωνα. πρὸς τὴν λακρίτου παραγραφήν. ὑπὲρ φορμίωνος παραγραφή. παραγραφὴ πρὸς πανταίνετον. παραγρ. πρὸς ναυσίμαχον καὶ ξενοπείθην. πρὸς βοιωτὸν α' β'. πρὸς σπουδίαν. πρὸς φαίνιππον. πρὸς μακάρτατον. πρὸς λεωχάρη. κατὰ στεφάνου α' β'. κατὰ εὐέργου καὶ μνησιβούλου. κατὰ ὀλυμπιοδώρου. πρὸς τιμόθεον. πρ. πολυκλέα. ἐπιστολαί. — Λυσίου ἐπιτάφιος τοῖς τῶν Κορινθίων βοηθοῖς.

*) cf. § 35. ἀποβλέπομεν § 71. παρεσκευασμένοι.

Parum a vulgari ordine recedit.

Urb. 114. cf. Heys. l. c. p. 14 sq. Voemel. p. 252. „Urb. b.“ Incipiunt argumenta, tum βίος Δημοσθένους (vita „Anonymi“. cf. Voemel. § 43). Λιβανίου σοφιστ. πρὸς ἀνθύπατον μόντιον. Sequuntur orationes: Ὀλυνθ. α', β', γ'. κατὰ φιλίππου α'. π. εἰρήνης. κατὰ φιλίππου β', γ', δ'. πρὸς τὴν ἐπιστολήν. περὶ ἀλοννήσου. περὶ τῶν ἐν χερρονήσῳ. κατὰ ἀνδροτίωνος, κατὰ μειδίου, κατὰ ἀριστοκράτους. περὶ τοῦ στεφάνου. περὶ τῆς παραπρεσβείας. κατὰ τιμοκράτους. περὶ συμμοριῶν. περὶ συντάξεως. ὑπὲρ μεγαλοπολιτῶν. ὑπὲρ τῆς Ῥοδίων ἐλευθερίας. κατὰ κόνωνος. ἐπιτάφιος. περὶ τῶν πρὸς ἀλέξανδρον συνθηκῶν.

Hunc cod. continuat:

Urb. 115. Membranaceus, in Folio, foliorum 217. continet has orationes privatas: πρὸς λεπτίνην. κατὰ ἀριστογείτονος α', β'. πρὸς καλλικλέα περὶ χωρίου. κατὰ ἀφόβου ἐπιτροπῆς α', β'. πρ. ὀνήτορα ἐξούλης α', β'. παραγραφὴ πρὸς ναυσίμαχον καὶ ξενοπείθην. πρ. σπουδίαν ὑπὲρ προικός. περὶ τοῦ στεφάνου τῆς τριηραρχίας. κατὰ ὀλυμπιοδώρου βλάβης. παραγρ. πρὸς ζηνόθεμιν. ὑπὲρ φορμίωνος παραγραφή. κατὰ διονυσιοδώρου περὶ τῆς ῥαγείσης νεώς. πρ. βοιωτὸν περὶ τοῦ ὀνόματος. πρὸς νικόστρατον. περὶ τῶν ἀρεθουσίου ἀνδραπόδων. ἐρωτικός. κατὰ νεαίρας. — ἐπιστολὴ περὶ τῆς ὁμονοίας. ἐπιστ. π. τῆς ἰδίας καθόδου. ἐ. περὶ τῶν λυκούργου παίδων. ἐ. περὶ τῆς θηραμένους βλασφημίας. ἐ. πρὸς ἡρακλεόδωρον. ἐ. πρὸς τὴν βουλὴν καὶ τὸν δῆμον τῶν Ἀθηναίων. — παραγραφὴ πρ. ἀπατούριον. πρ. τὴν λακρίτου παραγραφήν. πρὸς φορμίωνα. παραγρ. πρὸς πανταίνετον. πρὸς βοιωτὸν ὑπὲρ προικὸς μητρῴας. πρ. φαίνιππον περὶ ἀντιδόσεως. πρ. μακάρτατον. πρ. λεωχάρη περὶ τοῦ κλήρου. κατὰ στεφάνου ψευδομαρτυριῶν α', β'. κατὰ εὐέργου καὶ μνησιβούλου. πρὸς τιμόθεον ὑπὲρ χρέως. πρ. πολυκλέα περὶ τοῦ τριηραρχήματος. πρὸς κάλλιππον. ἔφεσις πρὸς εὐβουλίδην. ἔνδειξις κατὰ θεοκρίνου. προοίμια.

Quod ex ordine orationum colligi potest, hi codices primum cum cod. Bb Augeri videntur coniungendi. Nam prope idem est ordo in utrisque inde ab or. de male gesta leg., quae prima est in cod. Bb, usque ad or. in Dionysodorum, quae in eo est ultima*) (or. adv. Aphob. III in Urb. 115 post secundam omissa postea suppleta est), tum vero Urb. 115 cum Vat. a videtur cohaerere, qui eundem ordinem orationum privatarum servat ab orat. adv. Callicl., quae prima est in Vat. a, usque ad or. adv. Boeot. — Ultimae orationes in Urb. 115 nullo certo ordine dispositae videntur, sed eo consilio adiectae, ut quae deessent supplerentur.

Praeter codicem supra descriptum nunc e bibliotheca Benedictin. S. Mariae in Laurentianam translati sunt libri manu scripti duo:

1) Codex membranaceus quaternariae formae maioris. Nunc signatur: Fascio 12, dietro al plut. 58 nr. 44. Montfaucon l. c. p. 415 B (cf. Voemel. p. 265): „Demosthenis orationes quaedam in codice membranaceo recenti.“ Nitidissima manu scriptus est eodem fere tempore, quo Pal. 6 (1420-1450). Continentur argumenta, tum Demosthenis Ὀλυνθιακοί, Φιλιππικοί, συμβουλευτικοί, δημόσιοι, ἐπιτροπικοί, παραγραφικοί, ἰδιωτικοί, προοίμια, ἐπιστολαί eodem ordine, quo F Marcianus et Bavaricus codd., etiam oratio c. Androtionem τῶν δημοσίων prima est, inter orat. de foedere

*) Secundum Augerum etiam adv. Nicostratum et adv. Boeotum de nomine eo continentur. Voem. p. 199. In Urb. 115 seqq. orr. adv. Boeotum, adv. Nicostratum.

Alexandri et or. de corona posita. Textum dat vulgatum, sed habet marginalia, quorum ad or. Phil. III exscripsi haec:

§ 2. γρ. τῶν κακῶν (ut γρ F et mg. Bav.). § 4. γρ. τῇ πόλει (ut γρ. Bav.) § 11. καὶ φίλους. § 17. ὑμῖν (in textu: πολεμεῖν). ibid. post ἁπτόμενον in textu omissa sunt: καὶ ἐν Εὐβοίᾳ τυραννίδα κατασκευάζοντα καὶ νῦν ἐπὶ Θρᾴκην παριόντα καὶ τὰ ἐν Πελοποννήσῳ σκευωρούμενον, quae in margine supplentur. § 32. Ἑλληνίδας (in textu: πόλεις). § 35. Scholion hoc: οὐχ ἡμῶν· ἢ τὸ οὐχὶ ἀφαιρετέον καὶ ἄνευ ἐρωτήσεως ἀναγνωστέον ἢ καὶ τοῦτο οὕτως ὡς καὶ τὰ πρὸ αὐτοῦ, ἀλλὰ κατὰ ἀναστροφὴν συντακτέον τὸ οὐχί, καὶ λεγέσθω· καὶ νῦν οὐχ ἐπὶ Βυζαντίους. § 51. γρ. οὐ δεῖ προσδέχεσθαι (text.: λογιζομένους μὴ προσδέχεσθαι). § 65. vulg. καὶ τοὺς εἰς ταῦθ' ὑπάγοντας — ὑπάγουσι τὴν πόλιν. § 73. καὶ πρώτους ποιοῦντας ἃ χρὴ (text.: τοὺς δ' ἄλλους). § 75. vulg.: εἰ γὰρ ἦσαν — ἀλλ' οὐκ εἰσίν.

2) cod. membranaceus forma octonaria. Nunc signatur: Fascio 2 dietro al Plut. 42 cod. nr. 88. Folia 135. Eleganter scriptus literis initialibus aureo colore pictis. Montfaucon l. c. (cf. Voemel. p. 266): „Demosthenis orationes quaedam et epistolae Aeschinis in codice membranaceo recenti." Continentur: ὑποθέσεις ad orat. Olynth. 1-3, Phil. 1-4, de Halonneso, Chersones., de pace, ad epist. Phil. Tum orationes: Olynth. 1-3, de pace, Phil. 1-4, de Halonnes., Chers., ad epist. Phil. Sequuntur Aeschinis epistolae ad Philocratem et ad Ctesiphontem. Postremo Alexandri ep. ad Aristotelem, epist. Aristot. ad Alexandrum, epistola Philippi ad Aristotelem. — Textus orationum Demosthen. est vulgatus. Codex exeunte saec. XV° exaratus videtur.

Menda typographica:

p. 5. lin. 7: adversantur. leg. adversentur.
ibid. lin. 37: δεῖ νἔχειν. leg. δεῖν ἔχειν·
p. 11. lin. 22: ῆ. leg. ῇ.